

Iuda miserebor, & saluabo eos in domino Deo suo. Pro quo paraphrasis Chaldaica habet: Et saluabo eos in verbo domini Deo eorū. Hoc est, in filio, qui est Deus: est enim Dei filius verbū patris, & verus Deus. Cap. 2. Aggei sunt hæc verba mandata: Ego vobiscū sum, dicit dominus exercitū: Verbum quod placui, vel vt nonnulli codices habent, quod pepigi vobiscū, cū egrederemini de terra Ægypti: & spiritus meus erit in medio vestri. Explicans Hieronymus locū hūc, Sacramentum, inquit, cernite trinitatis: Ego sum vobiscum, & spiritus meus, & verbum, in quo posui testamētum, cū egrederemini de Ægypto. Explicās Ambrosius verba illa Genesis: In principio creauit Deus cœlum & terram: Et paulo post: Spiritus domini ferebatur super aquas: in tractatione de operibus sex die rū per Deū intelligit patrem, per principium filium, per spiritum domini Spiritum sanctum. Idem ait Iunilius in Genesim. & Thomas in prima parte, quæstione. 74. articulo. 3. Præterea eodem capite ait Deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. In verbo faciamus in plurali ostendit personarum distinctionē: ac dicēs ad imaginem nostrā in singulari, non ad imagines nostras, ostendit vnitatem naturæ. Ita Basiliius hunc locū explanat in Hexameron: similiter Chrysostomus in Genesim, Theodoretus, & Seuerianus ibidem: & Gregorius Nyssenus in libro, qui inscribitur: Selecta testimonia ex veteri testamento aduersus Iudæos. Tādē cap. 18. Genesis vbi Deus apparuit Abraham, qui tres videns vnum adorauit: ostēditur sacrosanctæ trinitatis mysterium. Ad cuius probationem locum illum afferunt

Augustinus libro. 2. de trinitate, Gregorius homilia. 18. Ambrosius, Cyrillus, & Rupertus abbas. Hęc ex veteri testamento attulisse sufficiat. Sed ex philosophis externis pauca quædam citabo. Mercurius Ægyptius quem Trismegistū vocāt, diuino numini personas esse tribuēdas existimauit, cū dixit: Monas genuit monadem, & in se ipsum flectit amorē. Quibus verbis videtur per monadem patrē intelligere, qui genuit monadem, hoc est filium, & per amorē ab utroque procedentem videtur Spiritum sanctum significare. Vbi tres ostēdit personas: sed volēs ostēdere vnū solum esse Deum, illum appellat monadē, hoc est vnitatem. Fortasse collegit sententiā hāc ex libris diuinæ legis, quos aiunt legisse. Plato etiam in epistola ad Dionysium videtur sentire esse in diuinis trium personarum distinctionem. Eodem pacto Plotinus in libro trium substantiarū. Sed hæc sunt ita excelsa, vt nostram superent intelligentiam, vt ait cap. 1. libri de diuinis nominibus Dionysius Areopagita, quē possumus diuinum theologū nuncupare. Sed vt similitudine utar Ioannis Damasceni: quæadmodū solis radius & lux sic ad nos vsque perueniūt, vt nec à sole discedant, nec à mutua inter se coniunctione separētur: sic filius & Spiritus sanctus ad nos vsq; descendunt, nostramq; salutem curant, vt nec à patre, nec à se vicissim disiungantur. Hac similitudine utitur etiam Gregorius Nazianzenus in oratione ad Heronē philosophū, qui de filio & Spiritu sancto loquens: Sunt quidem, inquit, ex Deo, quāuis post ipsum non sint, vt lux ex sole. Hactenus ille. In nouo testamento sunt permulta sanctissimæ trinitatis testimonia, quorum duo

tantum citabo. Christus Deus noster ca-  
 Matt. 28 pite ultimo euangelij authore Mattheo:  
 Docete, inquit, omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. Non dicit: in nominibus, sed in nomine in singulari, ut unitatem naturae designet: & statim trium personarum distinctionem indicat aperte, cum ait: in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. Et diuus Ioanes euangelista cap. 5. epistolae suae. 1. ait: Tres sunt, qui testimonium dant in caelo, pater, verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Iudei in erroribus versati, & gentes idolorum cultrices tenebris coopertae hoc credere & fateri recusant. Nos autem credimus, & non solum fatemur, sed etiam profiteamur sanctissimam trinitatem, id est, patrem & filium & Spiritum sanctum, unum Deum, unius naturae, unius potestatis, omnium rerum tam earum, quae cadunt in conspectum, quam quae aciem oculorum nostrorum fugiunt, creatorem: unum dominum summum, optimum, sempiternum, cuius numine atque providentia mundus regitur: qui totus ubique est per essentiam, praesentiam, & potentiam: non per partes diuisus, sed totus in omnibus locis, non localiter per contactum quantitatis dimensivae, sed per contactum virtutis: qui sine sui mutatione cuncta mutabilia creavit. Ille est immensum mare sapientiae, pelagus infinitum bonitatis, quo nihil beatius, nihil potentius, nihil melius, nihil praestantius, nihil bonis omnibus affluentius cogitari potest. Ille cursus astro-

rum, & rerum vicissitudines ordinesque conseruat. Coelos, terras, maria, & omnia denique intuens continet: qui res creatas natura dissimiles, vi repugnantes, motu contrarias vna eademque perpetua lege coercet, & moderatur. Ille tuetur homines, quibus viam munit ad aeternas caelorum sedes consequendas: vbi illi qui hic iustitiam ac pietatem coluerunt, & animos a corporis contagione seuocarunt, a quo sempiterno Deo ipso fruuntur. Illi sit semper honor & gloria, qui in omni aeternitate viuit & regnat, amen.

¶ Hae habui candidi lectores, quae in diuinum Danielem dicerem tanti vatis magnificentiae minimè respondetia. Sed vos qui catholici estis, pias pro me ad dominum ardentesque preces emittite, ut mihi ultra in explanatione sanctae scripturae progredi cupienti mentis oculos diuino lumine illustret, quo possim profunda diuinarum literarum mysteria intueri, & cogitationes meas ad vtilem meorum studiorum fructum ferendum literis mandare. Nihil enim mihi erit gratius, nihil antiquius, quam prodesse viris fide ac pietate praestantibus, ut in virtute progrediantur: haereticos autem ab errore reuocare, ne illis probentur opiniones illae, quae lucem eripiunt, & quasi noctem quandam rebus offundunt: sed ut ad salutarem veritatem reducti perfidiam detestentur, & ad sanctam matrem Ecclesiam Romanam Catholicam eximia pietatis, veraeque religionis plenissimam conuertantur.

✠ LAUS DEO ✠

✠ FINIS ✠

F. HECTORIS PINTI  
LVSITANI HIERONYMIANI  
IN SACRA THEOLOGIA DOC-  
TORIS, SANCTÆ SCRIPTVRÆ IN CO-  
NIMBRICENSI ACADEMIA PROFESSORIS,  
IN PROPHETÆ IEREMIÆ LAMENTATIONES  
COMMENTARII.



Omnia iudicio & correctioni sanctæ Romanæ Ecclesiæ Catholicæ  
subjecta sunt.



CONIMBRICÆ.

Ex Officina Antonij à Mariz, Archipographi &  
Bibliopoli Vniuersitatis.

Anno 1579.

*Cum licentia supremi & generalis Officij sanctæ inquisitionis: & ordinarij.*

¶ *Cum Priuilegio Regis.*

ILLVSTRISSIMO VIRO AC  
Domino Georgio Syluio, eruditionis omniumque

virtutum pulchritudine ornatissimo, nobilitate, nominisq; amplitudine celeberrimo frater Hector Pintus doctor theologus salutem in Christo, & beatitudinem sempiternam.



Verenti mihi sepe numero clarissime vir, mecumq; diu cogitati quamnam re possem prodesse multis, nulla praestantior occurrebat, quam si diuinos vates explanarem. Sunt enim in illis multa difficilia & abstrusa, quorum est expositio necessaria. Viri enim illi mentis oculis diuino lumine illustratis aspiciebant res venturas, & excelsa redemptionis humanae futura mysteria: ac mentem a sensibus abducentes, cogitationemq; a rebus in conspectum cadentibus separantes, a terra se longissime efferebant, atque ad caelestium contemplationem rapiiebantur. Nullum est tam affluens ingenium, nulla tam

eximia orationis copia & facultas, quae possit illorum laudes, lectionisque eorum utilitates non dico ornare dicendo, sed ne strictim quidem recensere numerando. Eam ob causam in eos decreui lucubrationes edere, atque meas cogitationes literis mandare. Cum autem id consecutus fuisset in Esaiâ, Ezechiele, & Daniele, appuli animum ad explanandum Ieremiâ: ut in omnes quatuor diuinos vates, quos vocant maiores, commentarios in aspectum lucemq; proferrem. Exorsus sum autem à Threnis, qui sunt explicatu difficilissimi: postea si mihi Deus vitam tribuerit, totum prophetam explanaturus. Consumo enim omne fere tempus in legendo & scribendo, in diuinarum literarum studio toto pectore incumbens. Est namque studium hoc suauissimum animorum pastus, quo vera sapientia comparatur. Hanc non assecuti sunt prisca illi philosophi, qui Christi fide carebant: quin potius tenebris cooperti in erroribus versabantur. Et ut verbis utar apostoli in

Rom. 1. epistola ad Romanos: Obscuratum est insipiens cor eorum. Christus Iesus verus Deus noster est sapientiae fons, de quo ait Ecclesiasticus: Fons sapientiae verbum Dei in excelsis. Hoc est verbum illud, de quo diuinus ac regius vates: Verbo, inquit, domini caeli firmati sunt. Et diuus Paulus in epistola ad Hebraeos: Fide intelligimus aptata esse secula verbo Dei. Et diuus Ioannes: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt. Et in Apocalypsi: Vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius verbum Dei. Locum illud psalmographi: Dixit dominus domino meo: sede à dextris meis: vertit paraphrastes Chaldaeus: Dixit dominus verbo suo. Cum autem gentes variorum Deorum cultrices hoc Dei verbum ignorauerint, perspicuum est, eas fontem sapientiae non ex fide cognouisse, & ex consequente non fuisse perfectam sapientiam consecutas. Eam docet in utroque testamento illuminatrix lex domini: quam Iudaei violarunt, & eam ob causam in Babylonicam seruitutem inciderunt: quorum exitium Ieremias his deplorat lamentationibus, quas tibi à me enarratas dedicare constitui, cui me iam pridem dedicaueram. Nobilis enim, pius, & iustus vates quae eximia virtus traxerat ad verum decus, nemini poterat aptius & convenientius offerri, quam tibi, omni nobilitate, pietate, iustitia, & maximarum virtutum splendore longè clarissimo. Tu pro humanitate tua suscipe hoc exiguum opus & incultum: non enim illud existimo esse tale, ut in arce mereatur poni, quasi Mimerua illa Phidiae, nec ut ex eadem officina exisse videatur. Vale Lusitaniae decus, & viue, ut multi viuant.

# F. HECTORIS

PINTI LVSITANI HIERO-

NYMIANI DOCTORIS THEO-

LOGI, IN CELEBRI CONIMBRI-

CENSI ACADEMIA DIVINA

*rum literarum professoris, in Prophetæ Jeremiae  
lamentationes commentarij.*

Omnia iudicio & correctioni Sanctæ Romanæ Eccle-  
siæ Catholicæ subiecta sunt.

*Lamentationes Jeremiae Prophetæ, quæ Hebraicè Cinoth,  
Græcè autem Threni inscribuntur.*

Argumentum lamentationum.



VM IE  
remias  
vidisset  
Hieroso-  
lymæ ce-  
lebrem  
quondã  
urbem à  
Babylonijs ca-  
ptã & e-  
uersam,

& Hebræorum cades: atque eos qui euaserant, partim in Iudæa miserè relictos, & in ruinis versatos, partim in vincula coniectos, & Babylonem abductos, hæc lugubria carmina moestissimus condidit: quibus urbis vastitatem, & Hebræorum ærumnas deplorauit. In Hebræo incipiunt à particula *כִּי*, hoc est, quomodo. Sed in editione nostra vulgata hæc breuis præfatio inuenitur. Et factum est, postquam in captiuitatem redactus est Israël, & Ierusalem deserta est, sedit Ieremias propheta flēs, & plāxit lamentatione hac super Ierusalem: & amaro animo suspirās & eiulans dixit. Omnia hæc verba præter illa: amaro animo suspirās & eiulans inueniuntur apud septuaginta interpretes

loco proœmij, in quo tempus, & author, & operis materia describuntur. Cæterum hæc carmina non solum sunt lamēta, sed vaticinationes: non enim tantum Ieremias euersionem Hierosolymæ per Babylonios describit, sed etiam de illa quæ futura erat per Romanos tēpore Titi Vespasiani, vaticinatur, & multa de Christo Deo nostro prædicit. Sed nos totam literã continuata serie de exitio à Babylonijs populo Israëlitico illato præcipuè explanabimus, sensum literalem dilucidantes, & ab aperto orationis argumento non recedentes.

## Caput primum.

**Q**uomodo sedet sola ciuitas plena populo! facta est quasi vidua domina gentium: princeps prouintiarum facta est sub tributo.

*Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius: non est, qui consoletur eam ex omnibus charis eius: omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici.*

*Migravit Iudas propter afflictionem, &*

Hh 4 mul-

N  
Aleph.

Beth.

Gimel.

COMMENT. IN LAMENT. IEREM.

multitudinem seruitutis: habitauit inter gētes, nec inuenit requiem: omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias.

<sup>7</sup> Daleth. *Vie Sion lugent, eo quod nō sint, qui ueniant ad solemnitatem: omnes porta eius destructa, sacerdotes eius gemētes, virgines eius squalida: & ipsa oppressa amaritudine.*

<sup>7</sup> He. *Facti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt, quia dominus locutus est super eam, propter multitudinem iniquitātū eius: paruuli eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.*

<sup>1</sup> Vau. *Et egressus est à filia Sion omnis decor eius: facti sunt principes eius veluti arietes non inuenientes pascua: & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequētis.*

<sup>1</sup> Zain. *Recordata est Ierusalem dierū afflictionis suae, & prauaricationis: omnium desiderabilium suorum, quae habuerat à diebus antiquis, cum caderet populus eius in manu hostili, & non esset auxiliator: viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius.*

<sup>n</sup> Cheth. *Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est: omnes qui glorificabant eam, spreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius: ipsa autem gemens, & conuersa est retrorsum.*

✠ Explanatio. ✠

<sup>n</sup> Aleph. **Q**uomodo sedet. Vaticinatus fuerat Ieremias multis in locis de Hierosolymæ euerfione, & Hebræorū seruitute, priusquam illa euenissent: nunc ea postquam euenierunt, lamentatur. Imitatus est Dauidem, qui miserabilem interitum Saulis, & Ionathæ, & Absolonis defleuit, tristibusque lamentis profecutus est. Christus etiam Deus noster vidēs ingratiā ciuitatem, quam sciebat ob Iudæorum flagitia esse delendam, vim lachrymarum profudit, vocesque lamē-

tabiles emisit. Versabatur Ieremias in gemitu & lachrymis Iudææ: ac non solum audiebat querelas, quod ipsum erat satis miserabile, sed etiam videbat clades, & exitia, & euerfiones, quod intolerandum putabat. Oculi augebant dolorem, quod quæ alij poterant audire, ipsi cogebantur intueri: neque ab illis auertere cogitationem patiebantur. Sed non tam ædificiorum, quàm virtutum deplorabat ruinam. Videbat enim Iudæos propter nefaria scelera in miseriis illas incidisse. Et quamuis ei grauissimas iniurias intulissent, in eumque vêtos omnes excitassent, illorum tamen miserebatur: quia plus ponderis apud ipsum habebat charitas, quàm contumeliarum, quibus eum lacerauerant, memoria. Vult ostendere diuinus vates quanti momenti futura sit apud nos charitas & pietas: quandoquidem vulnerum obliti debemus eorum casus & ærumnas dolere, qui in nos iniuriosi extiterunt. Id docuit Christus seruator noster, cum dixit apud Matthæum capite quinto: Diligite inimicos vestros: benefacite his, qui oderunt vos. Et apud Lucam sexto: Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Et diuus Paulus capite quarto epistolæ ad Ephesios: Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem: sicut Deus in Christo donauit vobis. Ac quia Iudæi fuerunt pietate destituti, immanitatem senserunt Chaldæorum, & qui Deo noluerunt suauiter seruire, in duram Babylo-nicam seruitutē inciderunt. Ostēdit Ieremias his lamentationibus peccati grauitatem, quod tantorū malorū est causa: vt intelligant omnes, illud esse summoperè fugiendum, & virtutem toto pectore ample-

<sup>2</sup> Reg. 1.  
<sup>2</sup> Re. 18.

Luc. 19.

Matt. 5.

Luc. 6.

Eph. 4.

Pfal.

Eccle.

Pfal.

Pfal.

Pfal.

Pfal.

Pro.

Esa.

Pro.

plexandam. Homo enim per peccatum incurrit in odium Dei, & apertam perniciem. Id intelligens Dauid aiebat psalmo quinto cum Deo loquens: Nec habitabit iuxta te malignus, nec permanebunt iniusti ante oculos tuos: odisti omnes, qui operantur iniquitatem. Et Ecclesiasticus capite duodecimo: Altissimus odio habet peccatores. Quod est intelligendum, non quatenus homines sunt, & ipsius Dei creaturae, sed quatenus flagitiosi & nefarii. Eam ob causam eos punit, & debito supplicio cōstringit. Ideo Dauid psal. 31. Multa, inquit, flagella peccatoris. Et psalmo. 33. Vultus autem domini super facies malas, ut perdat de terra memoriam eorum. Vbi vultus accipitur pro ira. Et psal. 118. Longè à peccatoribus salus. Et. 128. Dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Et Salomon capite Proverbiorum quartodecimo: In malitia sua repellitur impius. Et paulò post: Miseros autem facit populos peccatum. Esai. 1. Esaias postquam primo capite Iudæorum maleficia commemorat, addit: Terra vestra deserta, ciuitates vestrae succensae, regionem vestram coram vobis alieni deuorant. Et desolabitur sicut in vastitate hostili: & relinquetur filia Sion ut vmbraculum in vinea, & sicut turgurium in cucumerario. Vbi per filiam Sion intelligitur Hierosolyma, quod esset in monte Sione sita. Aspicias nos in calamitates incidere propter peccata nostra. Nec solùm pestilens peccatum diripit externa bona, sed interiora. Id quod Deus ait capite Prouerbiorum octauo: Qui in me peccauerit, lædet animam suam: potest etiam verti: Qui in me peccauerit, spoliabit animam suam. Verbum enim Chamás, quod est in He

brao, & lædere significat, & spoliare: per crimen enim funestum spoliatur anima bonis gratiæ, & spiritualis vitæ, ruitque in interitum voluntarium. Capite quintodecimo libri Sapientiæ ait Sap. 15. ita diuina scriptura: Malorum amatores digni sunt morte. Et sextodecimo: Sap. 16. Homo per malitiam occidit animam suam. Ieremias capite. 31. Vnusquisque, Iere. 31. inquit, in peccato suo morietur. Et Ezechiel decimo octauo: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et quia per peccatum ingreditur mors, appellat illud Dauid portam mortis psalmo nono, cum Psal. 9. ait: Qui exaltas me de portis mortis, ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filia Sion. Hoc est, ut celebrem laudes tuas in locis publicis Hierosolymæ, quas peccatis constrictus proferre non audebam. Paulus apostolus capite. 6. epistolæ ad Romanos: An nescitis, inquit, quoniam cui exhibetis vos ad obediendum, serui estis eius, cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam? Et paulò post: Stipendia peccati mors. Ut scorpius facie lambit & Similitudo blanditur, cauda autem pungit & interficit: sic peccatum voluptate allicit & oblectat, sed admisione interitum affert, & statim occidit. Ideo ait Iacobus apostolus capite primo canonice suæ: Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum verò cum cōsummatum fuerit, generat mortem. Hoc est, cum concupiscentia voluptatē ad consensum vsq; perduxerit, parit flagitiū, quod cum est per deliberatā consensionē admissum, generat animæ mortem, quā ob re dicitur mortiferū. Quemadmodū Scylla scopulus cooperatus fluctibus in mari Siculo attrahit ad se naues, quas statim absorbet & de-

COMMENT. IN LAMENT. IEREM.

*Jerem. 3.* mergit: sic pestifera voluptas allicit ad se homines, quibus mortem affert, & eternam perniciē in altero seculo, & in hoc dedecus & ignominiam. Id animo percipiens Ieremias dicebat capite tertio: Dormiemus in cōfusione nostra, & operiet nos ignominia nostra: quoniam domino Deo nostro peccauimus. Hoc idē facit his lamentationibus, quibus Hebræorū potius scelera lamentatur, quā calamitates, in quibus propter illa versabantur.

*α. Aleph.* Hæ lamentationes carminibus Hebraicis compositæ quatuor sunt, & quadruplici alphabeto distinctæ: in quarum fine est obsecratio quædā ipsius Ieremiæ. Sunt autem Hebraicè hac serie scriptæ, vt primus versus incipiat ab Aleph prima litera apud Hebræos, secundus à Beth secunda litera, & ita reliqui seruatō literarum alphabeti ordine. Tertio verò capite tres primi versus incipiūt singuli ab Aleph, tres verò sequentes à tribus Beth, seruatō ordine ternario vsq; ad finem alphabeti. In cuius rei memoriam, quoniam vocabula Latina non incipiunt ab ijsdem literis, adscripserunt Latini singulis versibus notas, aut nomina literarum Hebraicarum, quemadmodū videre licet in vulgata editione. Hūc ordinem seruat hymnus ille: A solis ortus cardine: cuius prima pars incipit, vt vides, à litera à: secunda à litera b, Beatus author seculi: tertia à litera c, Castæ parentis viscera. Et ita de cæteris ordine literarum continuato. Seruatur id in nōnullis alijs carminibus, vt hoc ordine orientur, & facilius discatur. Quare ne existimes aliud in his literis contineri mysterium. Eam ob causam hæ lamentationes sunt quatuor, & quadruplici alpha-

beto distinctæ, quia in illis Ieremias nō solum Iudæorum, sed etiam totius mundi, qui est in quatuor præcipuas partes diuisus, Ortum & Occasum, Septentrionē & Meridiem, scelera deplorat, & omnes ad deplorandum inuitat. Et quia sunt veluti quatuor lachrymarum flumina illis respondentia, quæ ex horto amœnissimo egrediuntur. *Genes. 1.* Elegit Ieremias hunc numerum quaternariū, quia est omnium primus inter numeros pares. Nam etsi binarius est prior, non tamē est perfectè numerus, quia medium nō habet. Quaternarius autem medio munitus magna continet misteria. Quatuor sunt literæ nominis Dei ineffabilis: quā ob causam Pythagorici per numerum quaternariū iurabant: hoc est, per diuinum illud numen, cuius nomen quatuor literas habebat. Quatuor erant ordines lapidū pretiosorum in rationali summi sacerdotis: vt est capite Exodi. 28. memoriam proditum. *Exo. 28.* Quatuor fuerunt quadrigæ toto orbe discurrentes: quarū meminit Zacharias capite sexto. *Zach. 6.* Quatuor animalia admiranda vidit Ezechiel, vt ipse primo & decimo testatur. *Ezec. 10.* Et quatuor Ioannes quarto Apocalypsis. Et quatuor sunt Iesu Christi euangelia, veluti quatuor elementa ecclesiam sustentantia. *Apoc. 4.* Quin potius numerus quaternarius virtute decimus est: nā vnum duo tria quatuor efficiunt decem: & in lege decem mandatorum quatuor euangelia continentur. Huius diuinæ legis doctrina significatur hac litera α Aleph: nā Hebraicè idē est Aleph quod doctrina: & vnaquæque litera Hebraica propriam habet significationem. Quare si eas recto ordine coniūxeris, videbis magnam inde dimanare theologiā. Qua de re vide Hieronymum *Hieron.*

Pfal.



num in prologo ad Eusebium, & in epistola ad Paulam Urbicam, vbi alphabetum Hebraicum mirabiliter explanat. Hac ratione ducti nonnulli interpretes Latini, voluerunt accommodare harum literarum significationes sensibus versuum ab illis incipientium: sed frigidè, & per vim, meo quidem iudicio, ab antiquis & grauibus interpretibus discrepantes, qui nihil huiusmodi scripserunt, & vt mea fert opinio, ne cogitarunt quidem. Nulla est in his literis, quòd attinet ad has lamentationes, maior philosophia, quàm ea, quam paulo antè explicauimus. His ita obseruatis ad literæ explanationem accedamus.

**¶** *Quomodo sedet sola ciuitas plena populo!* Hæc particula, quomodo, hoc loco non ignorantis nec interrogantis est, sed admirantis & dolentis. Tota hæc oratio plena est admiratione, stupore, dolore, & affectu. Videbat Ieremias urbem deletam & relictam, alta mœnia cum solo adæquata, templum Salomonium euersum, direptioni commissum, & prophanis impiorum hominum pedibus conculcatum. Sacerdotes erant abducti captiui, senes crudeliter vexati, pueri passim interfecti, virgines contumeliosissimis affectæ, & per vias lamentabilis Hierosolymæ flumina sanguinis effluebant. Quæ omnia pius ac diuinus noster vates admiratus & quasi stupidus, atq; angore oppressus lamentatur. Ea enim urbs quæ antea populi celebritate, nominis amplitudine, ædificiorum magnificentia, omni diuitiarum genere floruerat, & varijs gentibus ac prouincijs imperauerat, tunc sola erat, & ciuibus orbata, abiecta, euersa, direptioni commissa, & intolerandis tributis vexata. Verbum, sedere, accipitur aliquando pro docere: vt psalmo. 1. Et in

cathedra pestilentie non sedit. Hoc est, non se pestilentem doctorem exhibuit. Vel nomine sedendi significatur ibi amicitia & familiaritas: monet enim psalmographus, consuetudines hominum impiorum esse penitus declinandas. Ita accipitur psalmo. 25. vbi Dauid. Non sedi, inquit, cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. Et Ieremias capite quintodecimo: Non sedi in concilio ludentium. Significat etiam aliquando manere: vt Numerorum vigesimo: Mansit populus in Cades: vbi pro mansit est in Hebræo idem verbum, pro quo nos hinc habemus sedet. Quare poterat verti locus hic: Quomodo manet sola ciuitas plena populo! Præterea nomine sessionis significatur abiectio & ignominia: vt cap. 47. Esaiæ: Sede in puluere virgo filia Babilonis. Vbi filia Babilonis idem est quod congregatio Babilonis: quæ vocat virginem, quòd nondum fuisset expugnata: cuius dedecus & calamitatem prædicat. Ac in hac significatione existimo accipi verbum sedere hoc Ieremiæ loco: ac si dicat: Quomodo iacet abiecta priuata habitatoribus suis urbs illa, quæ fuit quondam plena ciuim multitudine, hominumque frequentia & varietate! De illa dixerat Esaias capite. 22. Clamor plena, urbs frequens, ciuitas exultans. Eam vocat clamoris plenam, hoc est populo affluentem, & eam ob causam vocibus & strepitibus abundantem. Sed vaticinans de illius vastitate capite. 1. Relinquetur, inquit, filia Sion vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario. Et post bellum Babilonicum Baruch capite. 4. eam inducit ita loquentem. Ego enim derelicta sum sola. Et Ieremias hoc

COMMENT. IN LAMENT. IEREM.

hoc loco: Quomodo sedet sola, hoc est  
 Pagnin. deserta, & incolis destituta. Pagninus  
 transfert: Quomodo sedit de præterito.  
 Sed quâdo diuina scriptura recolit præ-  
 terita, etiâ tēpus præsens cōprehendit ali  
 Rom. I. quando: vt cap. I. epistolæ ad Romanos:  
 Tradidit eos Deus in reprobū sensum.  
 Nūc etiâ eos tradit, qui huiusmodi sunt.  
 P sal. I. Et psal. I. Beatus vir qui nō abijt in consi-  
 liū impiorū. Nec nūc etiâ abit. Eodē mo-  
 mo hoc loco: Quomodo sedit sola ciui-  
 Ambro. ras: & nūc etiâ sedet. Hæc ex Ambrosio  
 in cōmētarijs in. c. I. epist. ad Romanos.  
 ¶ *Facta est quasi vidua domina gētium.*  
 Hoc est, ea quæ in nationibus dominari,  
 & in gētes imperiū tenere solebat, modò  
 mœsta & sola facta est veluti vidua, po-  
 pulo quasi viro orbata, regni ac sacerdo-  
 tij dignitate priuata, & omni cōsolatione  
 destituta. Dauid & Salomō varias gētes  
 externas subegerunt. Capite. 8. libri se-  
 cundi Regum scriptum est, Dauidem  
 2. Reg 8  
 2. Rc. 10. reportasse victoriâ de Syris & Idumæis:  
 3. Reg 9 & capite. 10. de Ammonitis: qui omnes  
 ei seruibant. Capite autem nono libri  
 tertij Regum proditum est memoriæ,  
 Amorrhæos, Hethæos, Pherezæos, He-  
 uæos, & Iebusæos fuisse Salomoni tribu-  
 tarios. Itaque Hierosolyma quæ fuerat  
 princeps prouinciarum victarum, facta  
 est sub tributo, Babylonijs vectigalis, &  
 in eorum ditionem redacta. Sed quem-  
 admodum Ieremias deplorauit Hiero-  
 solymam: sic nos, imò multo magis la-  
 mētemur animam, quæ cum olim fuisset  
 virtutibus plena, & imperasset diuersis  
 affectibus & cupiditatibus, fuit à Baby-  
 lonijs, hoc est, à dæmone, mundo, & car-  
 ne oppugnata & victa: ac libidinū flam-  
 mis succensa, angelorū solatio destituta,  
 & in dedecore & ignominia versata, tot

seruit dominis, quot vitijs. Vt enim vir  
 iustus, Christiana pietate & religione infi-  
 gnis etiamsi seruus sit hominum, liber  
 tamen in animo est: sic homo sceleribus  
 contaminatus tametsi regnet, seruus ta-  
 men est, non vnus hominis, sed tot do-  
 minorum, quot sunt flagitia, quibus est  
 deditus. Iniquitates suæ, inquit, capite. 5.  
 Prouerbiorum Salomon, capiunt im- Prou. 5.  
 pium, & funibus peccatorum suorū con-  
 stringitur. Et Ieremias noster in hac la-  
 mētatione paulò pōst: Vigilauit iugū ini-  
 quitatum mearum in manu eius: conuo-  
 lutæ sunt & impositæ collo meo. Et Da-  
 uid psalm. 10. Pluet super peccatores la- P sal. 10.  
 queos. Ad huiusmodi animam illud po-  
 test accommodari, quod est apud Esaiâ. 49. Esai 49.  
 Ego sterilis, & non pariens, transmigra-  
 ta & captiua. Id docet Christus Deus no-  
 ster apud Ioannē octauo: nam dicētibus Ioan. 8.  
 Iudæis se liberos esse: Amē amē, inquit,  
 dico vocis, quia omnis qui facit peccatū,  
 seruus est peccati. Et diuus Paulus ad Ro-  
 manos sexto: Cui exhibetis vos fertios Rom. 6.  
 ad obediendum, serui estis eius, cui obe-  
 ditis: siue peccati ad mortem, siue dedi-  
 tionis ad iustitiam. Et diuus Petrus se- 2 Petr. 1.  
 cundo epistolæ suæ secūdæ: A quo quis  
 superatus est, huius seruus est. Hoc voluit  
 diuina scriptura significare capit. 47. Ge-  
 nesis, cum ait, omnes Ægyptios vendi-  
 tos fuisse Pharaoni, cuius serui facti sunt.  
 Homines enim mūdo dediti, se Pharao-  
 ni, hoc est, dæmoni subijciūt, in cuius di-  
 tionem redigūtur. Ita locum illum Ori-  
 genes interpretatur. Seruitus spiritualis  
 est abiectione corporali, deterior, ignobi-  
 lior, & grauior: nam corporalis ali-  
 quando sine culpa inducitur eius, qui in  
 eam conijcitur. Quod enim flagitium Gene. 39  
 admiserat Ioseph, Daniel, Ezechiel, & Ezech. 1.  
 multi

multi alij viri omni sapientia & virtute præstantes, qui captiui extiterunt? At seruitus peccati semper culpa nostra cõtrahitur. Insuper seruitus humana morte tãdem finitur: seruitus autẽ peccati perpetuò durat, cum impij ad ignes inferorũ æternos relegantur. Demum in corporis seruitutẽ incurrũt homines per vim, in animi autem seruitutem spontè: vna est violenta, altera voluntaria. Aspici sicutur impios omnes seruos esse. Quĩ fieri potest, vt liber sit, qui non imperat cupiditatibus? Quicumque non refrenat libidines, non spernit voluptates, non tenet iracundiam, non coërcet auaritiam, non repellit ceteras animi labes, quãuis hominibus imperet, seruus tamẽ est, quandoquidem flagitijs dominis improbissimis paret. An ille liber, cui cupiditas imperat, cui leges imponit, qui nihil ei recusare audet, nihil negare? Ego huiusmodi hominẽ nõ modò seruũ, sed abiectissimũ seruũ, etiã si summo genere natus sit, appellandum puto. Quare nos hanc animi seruitutem deploremus: & iuxta flumina Babylonis sedentes, ac veram spiritus libertatem in memoriam reuocãtes vim lachrymarum fundamus.

**¶ Plorans plorauit.** Subauditur Hierosolyma. Hęc verborũ geminatio phrasis est in diuinis literis vsitatissima: vt psalmo. 39. Expectans expectaui dominũ. Et psal. 131. Viduam eius benedicens benedicã. Et capite sexto epistolæ ad Hebræos: Benedicens benedicam te, & multiplicas multiplicabo te. Et idem Ieremias capite tertio decimo: Plorans plorabit, & deducet oculus meus lachrymam. Fortasse horum verborũ geminatione voluit Ieremias significare lachrymarum abundantiam. Vel ponitur bis verbum plora-

re ad externas & interiores lachrymas significandas. Non solũ corde plorabat Dauid, sed externis lachrymis resperlus Psal. 6. has voces emittebat: Lauabo per singulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis stratum meum rigabo. Non gemis & margaritis, sed lachrymis lectum suũ adulterij fœditate cõmaculatũ rigabat, vt earũ assiduitate maculas sceleris cõmissi deleteret. Tribuit vrbi fletus & eiulatus, qui hominibus tribuuntur. Figura est prosopopœia, quando rebus inanimatis & mutis ea, quæ sunt animatorũ & loquentiũ, tribuimus: vt ait hoc loco Theodoretus. Ita Theod. psalm. 18. Cœli enarrant gloriam Dei, & Psal. 18. opera manuum eius annuntiat firmamentum. Et capite. 49. Esaiæ: Dixit Sion: reliquit me dominus: & dominus oblitus est mei. Vel per ciuitatem eos intelligit Ieremias, qui in illa manebant: vt sit figura metonymia: quemadmodum capite. 23. Esaiæ: Ululate naues Carthaginis. Et Luca tertio decimo: Ierusalem Ierusalem quę occidis prophetas: Hoc est, ô habitatores Hierosolymæ diuinorum vatum interfectores.

**¶ In nocte.** Quia propter histium timorem non audebat plorare die. Vel ideo ait Ieremias Iudæos illos plorare nocte, vt ostenderet, tempus illud quod alij solent tribuere somno & quieti, eos in vigilijs & lachrymis consumere. Idem faciebat Dauid, cum psalmo. 6. dicebat: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Quibus verbis significat acerbissimum animi cruciatum & dolorem, quo ob legem Dei à se violatam, & memoriã sceleris commissi angebatur. Nox in diuinis literis accipitur pro culpa: vt Sapientia Sap. 17. decimo septimo: Vinculis tenebrarum & lon-

COMMENT. IN LAMENT. IEREM.

& longæ noctis compediti. Et capite vn  
 Ioan. 11. decimo euangelij authore Ioâne: Siquis  
 ambulauerit in die non offendit, quia lu  
 cem huius mundi videt: si autem ambu  
 lauerit in nocte, offendit. Hoc est, qui iu  
 stè & piè vixerit, non offendet, qui au  
 tem iniustè & impiè, offendet. Vbi dies  
 pro virtute accipitur & gratia: nox ve  
 rò pro culpa & impietate. Vnde Salomō  
 Prou. 4. Prouerborum quarto: Via impiorum  
 P. sal. 34. tenebrosa. Et Dauid psalmo trigesimo  
 quarto. Fiant viæ illorum tenebræ & lu  
 bricum. Accipitur etiam pro ignoran  
 tia: vt capite tertio Michææ: Nox vo  
 bis pro visione erit. Hoc est, loco lu  
 minis varicinationis eritis ignorantia  
 cooperti. Accipitur pro vmbra legis  
 Rom. 3. Mosaicæ: vt capite tertiodécimo epi  
 stolæ ad Romanos: Nox præcessit, dies  
 autem appropinquauit. Vbi per diem  
 claritas euangelij significatur, quemad  
 modum per noctem vmbra legis: quæ  
 Cant. 2. hyems & imber appellatur capite secun  
 do Canticorum: iam hyems transijt,  
 imber abiit & recessit: flores apparue  
 runt in terra nostra, tempus putationis  
 aduenit. Ac si dicat sponsus: iam discuf  
 sæ sunt & euauerunt legis veteris figu  
 ræ, quia aduenit substantia: iam apparue  
 runt flores euangelij, iam venit tempus,  
 in quo excisa & amputata sunt legis Mo  
 saicæ sacrificia. Præterea accipitur nox  
 Iob 34. pro calamitate: vt capite Iob. 34. Indu  
 cet noctem, & conterentur. Id est, affli  
 get eos Deus calamitate, & dissipabun  
 tur. Et psalmo sextodécimo: Probasti  
 P. sal. 16. cor meum, & visitaisti nocte. Hoc est, ani  
 mum meum domine sæpe rebus aduer  
 sis explorasti, & acerbissimis ærumnarū  
 P. sal. 118. tenebris circumfudisti. Et psalmo. 118.  
 Memor fui nocte nominis tui domine.

Et Ieremias cap. 14. Deducant oculi mei Iere. 14.  
 lachrymas per noctem. Ac in hanc signi  
 ficationem accipit nocte hoc loco, cum  
 ait: Plorans plorauit in nocte. Ac si di  
 cat: summis calamitatibus oppressa vim  
 lachrymarum profudit.  
 ¶ *Lachrymæ eius in maxillis eius.* Id est,  
 erant eius genæ cōtinuis lachrymis res  
 persæ: quia nō erat, qui abstergeret illas.  
 Significat diurnum ac perennem fle  
 tum: qui si est ob memoriam flagitio  
 rum, & ob alias pias causas, magnam  
 affert vtilitatem. Nam vt ait Dauid psal  
 mo. 125. Qui seminant in lachrymis, in P. sal. 125.  
 exultatione metent. Euntes ibant, & fle  
 bant mittentes semina sua: venientes au  
 tem venient cum exultatione, portantes  
 Matt. 5. manipulos suos. Et Christus Deus no  
 ster apud Matthæum quinto: Beati qui  
 lugent, quoniam ipsi consolabuntur.  
 Quemadmodum numus in fundo vasis  
 ad certum quoddam loci interuallū con  
 stitutus, non videtur sine aqua: at si vas  
 impleatur illa, statim videtur: sic diuinā  
 Similitu  
 do. consolationem quam ob siccitatē nostrā  
 nō aspicimus, in piarum lachrymarum  
 affluētia intuemur. Plorabitis & flebitis,  
 ait Christus dominus apud Ioānem. 16. Ioan. 16.  
 sed tristitia vestra vertetur in gaudium.  
 Vt cum domus aliqua incendio cōburi  
 tur, confluunt multi ad aquam ad ignē  
 Similitu  
 do. restinguendum: sic nos cum viderimus  
 animam flāma vitiorum flagrare, debe  
 mus ad lachrymarū aquā confugere, vt  
 flagitorū ardorē restinguamus. Hæ sunt  
 piæ lachrymæ Petri postquā Christū ne  
 gavit. His lachrymis doloris & amoris  
 Maria Magdalena pedes domini rigauit.  
 Accessit fluuius lachrymarū ad fontem  
 Luc. 7. misericordiæ. Vt elephas mirū in modū  
 Similitu  
 do. diligit aquas fluuiorum, quibus se mer  
 git, &

git, & abluit: ita nos sumus aquas lachrymarum dilecturi, quibus demersi scelera nostra abluamus. Si deploramus corpora mortua, à quibus anima separatur, quāto magis debemus deplorare animas mortuas, à quibus diuina gratia seiūgitur? Sed non solum propter peccata, sed propter aliorum ærumnas, & exilij nostri dilationem, & cœlestis patriæ desiderium conficiamur lachrymis igne charitatis incensi. Quemadmodum olla feruens magno flammaram impetu concitata solet liquorem extollere, & effundere super se: ita animus igne charitatis inflammatus ascendat sursum feruentes lachrymas emittens, effundens se super se. Ad hoc hortatur David, cum ait psal. 61. Effundite corā illo corda vestra. Et exemplo sui dicens psalmo. 41. Effudi in me animam meam. Demus operam, vt nubes piorum mœrorum conuertatur in pluuiam dulcium lachrymarum, vt cœlum animi nostri remaneat purum atque serenum. Ploremus corā domino, vt verbis vtar Davidis: illud ad memoriam reducentes quod ait in Apocalypsi diuus Ioānes: Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: vt hac spe ducti imitemur hac re mœstam ciuitatem, cuius maxillæ erant, vt hoc in loco Ieremias ait, lachrymis resperx̄. Diuus Hieronymus in huius loci commētarijs, & diuus Gregorius. 13. Moraliū per maxillas intelligunt concionatores euāgelicos, quibus non debent lachrymæ deesse, qui vitam impiorum concionibus suis cōfringunt. Sed hoc est in sensu morali. Nos autem sensum literalē prosequentes per maxillas genas intelligimus.

¶ Non est, qui consoletur eam ex omnibus charis eius. Hoc profectò est intolerādum

supplicij genus in calamitate carere cōsolatore. Id euenit Hierosolymæ, quæ Ægyptij, & Syri, & alij, cū quibus illa fuerat cōiuncta, & amicitia copulata, in ærumnis suis deseruerunt, & amorem in odium commutarunt. Eidixit Deus apud Ezechielē capite. 23. Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te. Cumulus augetur doloris, cū eos quos amore prosequeremur, videmus à nobis alienatos in ærumnis nostris, illisque gaudere, & nobis insultare. Capite decimono ait Iob: Noti mei quasi alieni recesserunt à me: dereliquerunt me propinqui mei: & qui me nouerunt, mei obliti sunt. Et David psalmo. 68. Sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inueni. Et Ecclesiastes cap. 4. Vidi calūnias, quæ sub sole geruntur: & lachrymas innocentium, & nemine consolatorē. Id quod hoc loco ait Ieremias, re ipsa intelligitur de euerfione Hierosolymæ per Babylonios, sed multò rectius de eius euerfione per Romanos tempore Titi Vespasiani. Nā in priore calamitate etiā si Iudei fuerūt à gētibus derelicti, habuerūt tamen Ezechielē, & Danielem, & Ieremiā, & alios diuinos vates sanctitate & sapientia præstantes, qui eos docebant, & consolabatur. At in secūda fuerunt omni solatio destituti: & in summā miseriam inciderunt, cū Christus dominus eos reliquit. Id quod ille his verbis prædixerat apud Oseam. 9. Væ eis cū recessero ab illis. Sed quia pro recedere est in Hebraico verbum Basar, quod significat carnem sumere: potest verti locus ille: Væ eis cū incarnauero in illis. Loquitur de perfidis & obstinatis Iudeis, qui Christum ipsum recipere noluerunt: non de illis, qui sanctū eius euangelium

COMMENT. IN LAMENT. IEREM.

**Esaï 8** gelium seruarunt. Ait enim Esaïas octa-  
uo capite: Erit vobis in sanctificatione:  
in lapidem autem offensionis & petram  
scandali duabus domibus Israël. Ac si di-  
cat: Cùm dominus Iesus Christus venerit,  
saluos faciet eos, qui eum receperint,  
eos autem damnabit, qui in perfidia per-  
manferint. Huic versioni fauet transla-  
tio Septuaginta, quæ habet: Væ eis, caro  
mea ex illis. Cùm enim dominum Iesum  
innocentem agnum ad cædem crudelis-  
simam vocarent, & in obstinatione sua  
peristerent, fuerunt à Romanis afflicti:  
partim interfecti, partim in summam mi-  
seriam traducti. Ac tunc nullum habue-  
runt consolatorem.

¶ *Omnes amici eius.* Idest, omnes qui  
eam amicitia comprehendere videban-  
tur. Alijs verbis extremam calamitatem  
significantibus exaggerat id, quod pro-  
ximè dixerat.

¶ *Migravit Iudas propter afflictionem, &  
multitudinem seruitutis.* Hoc est, populus  
Iudæorum expulsus patria iuit in acerbum  
exilium, & sedem rerum suarum in Chal-  
dæa collocavit, oppressus afflictione, &  
magnitudine Babylonicæ seruitutis: &  
ibi nullam inuenit quietem, nullam tran-  
quillitatem. Æquum est, vt qui suaue iu-  
gum domini despiciunt, aspero seruitu-  
tis Babylonicæ premantur. Vel sic. Ideo  
Iudaicus populus migravit, & tali sup-  
plicio affectus est, quia multos afflixerat:  
& seruos crudeliter & acerbè tractauerat.  
Id explicat Chaldaica paraphrasis sic  
habes: Abijt Iuda in captiuitatē, eo quòd  
ipsa afflixit pupillos & viduas: & durè  
tractauit seruos Hebræos. Potest hæc ora-  
tio explanari non de Iudæis, qui abducti  
sunt Babylone: sed de his, qui post euer-  
sionē Hierosolymæ fugerunt ad Ægy-

ptios propter acerbam afflictionē & du-  
ram seruitutem, qua à Babylonijs in Iu-  
dæa premebantur. Sed in Ægypto nul-  
lum refugium inuenerunt. Lege cap. 41.  
& 43. & 44. Ieremiæ, & vltimū libri. 4.  
Regum, si hoc volueris intelligere.

¶ *Omnes persecutores eius.* Hoc est, om-  
nes Babylonijs qui Iudæorum familiam  
affligebant, apprehenderunt eam inter  
calamitates Hierosolymæ. Vel inter vias  
angustas, quibus fugere corabatur.

¶ *Via Sion lugent, eo quòd nō sint, qui ve-  
niant ad solennitatem.* Sensus est: Viæ du-  
centes ad templum, in quo fiebant sacri-  
ficia, & in diebus festis solennia instituta  
celebrari solebant, vsque adeò lugubres  
existunt, vt plorare videatur. Nam cùm  
templum sit euersum & flammis com-  
missum, nemo venit ad solennia celebrā-  
da. Ex quo effectū est, vt viæ quibus olim  
multi ad illud confluebāt, sint solæ & de-  
sertæ. Viæ ait lugere ob ingentem mœ-  
stitiam & solitudinem, quemadmodum  
cùm dicimus prata ridere ob amœnam  
viriditatem, qua spectantiū oculos oble-  
tant. Appellatur autem viæ templi viæ  
Sion, quia templum illud Salomonium  
fuit in monte Sione situm. Quidā ver-  
tunt: Viæ Sion herbescunt. Quia nemo  
per eas transibat. Tria erant solēnia, qui-  
bus Iudæi ad templum ire cogebantur:  
pascha, pentecostes, & scenophegia: vt vi-  
dere licet capite. 23. Exodi. Accipiuntur  
etiā solēnitates pro sacrificijs capite Ma-  
lachia secundo. Via accipitur pro opere  
& negotio: vt capite primo Aggæi: Poni-  
te corda vestra super vias vestras. Hoc  
est diligēter perpendite opera vestra: cō-  
siderate negotia, in quæ incumbitis. Ac-  
cipitur pro lege: vt psalmo. 24. Via tuas  
domine demonstra mihi. Hoc est, doce  
mele-

Iere. 41.  
& 43. &  
44.  
4. Reg.  
vltim.

7  
Daleth.

Exod. 23.

Malac. 2.

Agg. 1.

Psal. 24.

me legestuas, ostende mihi ratione viuē di, quam præscribis. Accipitur pro more, regula, & doctrina: vt cap. 4. prioris ad  
 1. Cor. 4. Corinthios: Misi ad vos Timotheū, qui vos commonefaciet vias meas, quæ sunt in Christo Iesu. Idest, quæ sunt iuxta Iesu Christi euangelium. Via pacis est fides, quæ vt verbis vtar apostoli, per charitatem operatur: quam impij non habent, ne cognoscunt quidem. De illis ait psalmographus: Viam pacis non cognouerunt. Hoc autē Ieremiæ loco per vias significatur itinera terrestria, quæ dicuntur lugere, quemadmodū de Iudæa ait Ieremias ca. 12. Vsq; quo lugebit terra? Et quartodecimo: Lugebit Iudæa, & portæ eius corruerunt. Et Esaias. 33. Luxit & elāguit terra. Et Oseas quarto: Lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea. Tunc dicitur terra lugere, cū destituta cultoribus suis tristē vastitatem ostendit, & in miserandam solitudinem redigitur.  
 ¶ *Omnes portæ eius destructæ.* Omnes portæ Hierosolymæ fractæ sunt & euersæ. Sed quoniam in portis solebant quondā exerceri iudicia, fortasse per portas hoc loco iudicia intelliguntur. Ac si dicat: Desijt Hierosolyma esse ciuitas, nā leges in ea nihil valent, iudicia iacēt, mos patrius interiijt. Id voluit significare Esaias cap. 3. cū dixit: Mœrebūt atque lugebūt portæ eius. Et Ieremias. 14. Portæ eius corruerunt. Significari autem iudicia publica nomine portarum indicat David psalm. 68. cū ait: Aduersum me loquebantur, qui sedebant in portis. Idest, qui iudicia exercebant. Et psalmo. 126. Non confundetur, cū loquetur inimicis suis in porta. Idest, non amittet litem, nō cadet causa, cū contenderit cum aduer-

sario suo in iudicio. Eam ob causam porta accipitur pro quocunq; loco publico: vt capite decimonono libri secundi Regū. 2. Re. 19. Surrexit rex, & sedit in porta: vt scilicet ab omnibus videretur. Et. 5. Amos: Amos 5 Odio habuerunt corripientem in porta. Accipitur autem porta pro ipsa ciuitate. Nam capite Genesis. 22. vbi nos habemus: Hæreditabit semen tuum portas inimicorum tuorum: pro portis habent Septuaginta, ciuitates.

¶ *Facti sunt hostes eius in capite.* Hoc est, in fastigio, ac nobiliore loco. Ac si dicat: Inimici eius dominati sunt, & rerū omnium potiti. Hoc schemate vtuntur Hebræi, cū volūt significare aliquē esse superiorem, & principatum tenere: vt constat ex cap. 28. Deuteronomij, vbi Moses dixit populo, si Dei legem seruaret: Cōstituet te dominus Deus tuus in caput, & non in caudam: & eris semper supra, & non subter. Et paulò post: si Dei legem violaret: Ipse aduena erit in caput, & tu in caudam. Ac si diceret: Ipse tenebit primas, tu autem eris infimus: ipse dominabitur, tu parebis. Caput enim accipitur pro dominatu. Ideo dicebat David psalmo quinquagesimo-nono. Ephrain fortitudo capitis mei. Ac si diceret: Tribus Ephrain est robur & firmitamentum regni ac principatus mei. Et Oseas primo: Ponent sibi caput vnū. Vnde ponere aliquem super caput alterius est illum superiorem constituere, & victorem declarare: vt psalmo. 65. Posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra. Caput etiam accipitur pro principio: vt psalmo trigesimonono. In capite libri scriptum est de me. Et quia intentio est principium operis, per caput hoc Ieremias

COMMENT. IN LAMENT. IEREM.

miæ loco poteris intelligere propositum seu intentione. Tunc hostes sunt in capite, cum daemones intentione corrumpunt. Corrupta autem intentione, totum opus dicitur deprauatum, quavis suapte natura videtur bonum. Vnde Augustinus explanas locum illud Matthæi. 6. Si lumen quod in te est: Quod, inquit, non bona intentione fit, non tibi proderit. Et Gregorius lib. 1. dialogorum: Intentione peruersa si fuerit, prauum est omne quod sequitur, licet rectum videatur. Et in Moralibus: Summa cura vigilandum est, ne vel bonis operibus seruiens mens reproba intentione polluat. Et Bernardus de præcepto & dispensatione: Bonum prorsus condemnat intentio praua. Quemadmodum ex lutulento & perturbato puteo quicquid exit, turbulentum & impurum est: sic ex deprauato animo quid potest exire nisi deprauatum? Quemadmodum qui moenia Hierosolymæ construebant, vna manu faciebant opus, altera tenebant gladium, ut capit. 4. Nehemiæ scriptum legimus, ita nos in virtutum actiones debemus incubere, sed gladium habere ad malas cogitationes & intentiones ressecandas, & penitus excidendas: easque non admittere, sed longe expellere, instar Abrahami, qui volucres super victimam descendentes abigebat. ¶ *Inimici eius locupletati sunt.* Hoc est Babylonij se spolijs Hierosolymæ repleuerunt. Pagninus vertit: Inimici eius prosperati sunt. ¶ *Quia dominus locutus est super eam.* Idest, quia Deus sententia sua decreuit venturas esse has calamitates in ingratiuam ciuitatem. Loqui Deum est illum aliquid decernere: ut psalm. 59. Deus locutus est in sancto suo: lætabor, & partabor Sichimam, & conualle tabernaculorum metabor.

Idest, Deus decreuit in celo fore, ut ego lætarer, & diuiderem Sichimam, esseque totius terræ sanctæ dominus. Partiri ac metiri terra verba sunt, quæ apud Hebræos veram possessionem ostendunt. Hoc dicit, quia tunc loca illa non erant ei subiecta. Vel in sancto suo, hoc est, per sanctum suum. Ac si dicat: dixit Deus per Samuelē sanctum suum vatem. Nam particula in accipitur sæpe pro per: ut capite primo epistolæ ad Hebræos: Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis: nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio. Idest, per prophetas, & per filium. Quare locus hic Ieremiæ potest ita explanari. Quia Deus per diuinos suos vates dixit fore, ut Hierosolyma in has ærinas incideret. Vel locutus est Babylonijs in eorum corde, quibus dixit, ut Hierosolymam ob eius crimina euerteret & vastarent. Vel locutus est super eam, hoc est, contra eam: ut sit sensus: afflixit illam. Ita ipse dominus apud Ieremiam decimo octauo: Loquar, inquit, aduersus gentem, & aduersus regnum, ut radicem, destruam, & perdam illud. Septuaginta habent: Quia dominus humiliavit eam. Eodem ferè modo Pagninus: Quia dominus dolore affecit eam. ¶ *Paruuli eius ducti sunt in captiuitatem.* Exaggerat Babyloniorum immanitatem, qui non solum viros, sed etiam pueros secum captiuos duxerunt. Metaphora est à matre desumpta filios teneræ ætatis nutriente, quos ei hostes eripit, & in vincula conijcit. Vel per paruulos intelligit stultos, qui ob scientiæ inopiam fuerunt capti, & in exilium missi, iuxta id quod prædixerat Deus apud Esaiam sexto: Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam.

¶ Et

Vau.

Sopho Zach 9

Similitudo.

Heb. 1.

Iere. 18.

Pagnin.

Can.

Esai. 5. Iere. 6.

Zain.



<sup>1</sup> Vau. ¶ *Et egressus est à filia Sion omnis decor eius.* Id est, perijt omnis Hierosolymæ pulchritudo: cum euerfa fuit, speciẽ amittit & dignitatem. Filiam Sion vocat Hierosolymam, quòd esset sita in mōte Sione. Filia in diuinis literis idem est aliquãdo quod congregatio: vt apud Sophoniã tertio: *Lauda filia Siõ.* Et apud Zachariã nono: *Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem.* Et hoc Ieremiã loco: vbi filia Sion dicitur egregiam speciem amississe: quam postea recuperauit. Eodẽ modo animæ nostræ accidit aliquando. Nã vt nonnullæ herbæ pedibus conculcatæ abijciunt se, suamque amittunt pulchritudinem: sed veniente rore cœlesti eriguntur, & ad amissam antiquamque formam reuocantur: sic anima conculcata peccatis manet abiecta, & sceditate maculata, iuxta id quod hoc loco ait Ieremias: *Egressus est à filia Siõ omnis decor eius: sed rore diuinæ gratiæ restituta effertur in sublime, & ad pristinã reuertitur pulchritudinẽ.* Ac tunc ei illud accomodatur capitis Canticorum. 7. *Quàm pulchra es, & quàm decora charissima.*

¶ *Facti sunt principes eius velut arietes non inuenientes pascua.* Hoc est, magnates Hierosolymæ, & qui eius gubernaculũ tractabant, effecti sunt insipientes, timidi, stupidi, & fragiles: & abierũt imbecilli corã hostibus, omni fortitudine destituti. Non solũ abiecti homines & filij terræ, sed etiam nobiles & principes animo ceciderunt. Fortasse comparat magnates arietibus non inuenientibus pastũ propter famem ciuitatis tempore obsidionis: de qua loquitur Esaias capite. 5. & Ieremias trigesimoquarto.

¶ *Recordata est Ierusalem dierum afflictionis suæ, & prauaricationis.* Id est, reduxit

Hierosolyma in memoriã dies calamitatis, & impietatis suæ. Cum memoria ærumnarũ coniũgit memoriã flagitiorũ, propter quæ in arũnis versabatur. Hanc secum affert vtilitatem calamitas, nimirum cognitionẽ peccati. Filij Iacob qui Ioseph fratrem suum impiẽ vendiderãt, Gene. 37 postea dolore oppressi in Ægypto has Gene. 42 voces emisserunt: Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrũ. Potest verti hæc oratio: *Recordata est Ierusalem in diebus afflictionis suæ prauaricationis, etc.* Sed quoniã sequitur: *Omniũ desiderabilium suorum, quæ habuerat à diebus antiquis: potest verti: Ierusalem in diebus afflictionis suæ, & prauaricationis Babyloniorũ recordata est omniũ suorum desiderabiliũ.* Vt enim esset acerbior Hierosolymæ calamitas recordabatur desiderabiliũ suorũ, hoc est voluptatum, deliciarum, opum, quietis, regni, victoriarum, epularum, gaudiorum, & prosperitatum, quibus quòdam affecta fuerat. Sæpe in tantam incidimus calamitatem, vt magis nos affligat memoria oblectationum præteritarũ, quàm præsens moestitia. Illud Michææ primo: Mich. 1. *Quia infirmata est in bonum, quæ habitat in amaritudinibus: potest etiã verti ex Hebræo: Quia doluit propter bonũ: subaudi, amissum.* Ac si dicat: *Quæ in gemitu & calamitate versabatur, magis dolebat gaudiũ, quod quondam habuerat, quàm dolorẽ, quẽ tũc habebat.* Itaq; præsentis dolores & præterita gaudia vernerunt Hierosolymæ in mentem, cum populus eius incideret in hostiũ potestatem omni auxilio destitutus. Tũc poterat illud dicere psalmographi: *Tribulatio proxima est, non est, qui adiuuet.*

¶ *Viderũt eã hostes, & deriserũt sabbata eius.*

COMMENT. IN LAMENT. IEREM.

Viderunt Babylonij afflictam Hierosolymam, & festa eius eluserunt. Eodem modo dæmones dies nostros festos irridet, quando illos in ludis prohibitis, & in profanis festiuitatibus consumimus. Vt spicæ frumenti grana continent, & aristas: sic dies festi gaudium habent interius instar granorum, spiritualis ac solidæ lætitiæ, & aristas externæ oblectationis. At nos constituimus solennia in iucunditatibus externis, cum ea deberemus in interioribus constituere. Arripimus corticem relinquimus nucleum. Quare danda opera est, vt dies festos nostros piè & cum interiore gaudio celebremus, animos ad Deum leuemus, ad cuius gloriã ipsas externas festiuitates referamus. Piũ est, & necessarium dies festos ab ecclesia catholica constitutos obseruare, Deo cultũ exhibere, & Christianã religionẽ custodire: sed declinadæ sunt in illis obscœnæ voluptates, impij ludi, & cætera flagitia: ne dicat nobis Deus id, quod dixit Iudæis per Esaiam primo: Neomeniam & sabbatum, & festiuitates alias non feram: iniqui sunt cœtus vestri: calendas vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea.

Et per Amos quinto: Odi, & proieci festiuitates vestras: & non capiam odorem cœtuum vestrorum. Cœterum hoc Ieremiæ loco nomine sabbati nõ solũ dies festos, sed totam religionem intelligimus: & quicquid ad diuinum pertinet cultum: tametsi proprius per sabbatum dies septimus in lege vetere significabatur. Tunc hostes festa nostra irridet, cum vitam nostram aspiciunt otiosam, & in vitijs occupatam.

¶ Peccatum peccauit Ierusalẽ. Incidit Hierosolyma in peccata. Quidam per peccatum hoc loco intelligunt infidelitatem.

tem. Alij per hanc verborum geminationem intelligunt peccatorum multitudinem & continuationem. Illud est perspicuum ex lectione librorum regũ, & prophetarũ multos ex Hebræis amisisse fidem, & pro vero Deo gentiũ idola coluisse. Cum autẽ fides sit radix plantæ spiritualis, nullam de se præbebãt spẽ fructus. Vt enim auulsa arboris radice auferitur spes fructus: sic auulsa fide ruit virtutum fundamentum, quibus homines grati sunt Deo: nam authore diuo Paulo cap. 11. ad Hebræos: sine fide impossibile est placere Deo. Sumi autẽ peccatũ pro infidelitate indicat Christ⁹ apud Ioãne. 16. cum ait: Spirit⁹ sanctus arguet mundũ de peccato: quia nõ crediderunt in me.

¶ Propterea instabilis facta est. Idest, eam ob causam non stetit in terra sua, sed ex ea in Chaldeam migravit. Ostendit peccatũ fuisse causam exilij ac miserię Hierosolymæ. Capite Prouerbiorum quartodecimo ait sapiens: Miseros facit populos peccatum. Ridebant Babylonij diuinum cultum Iudæorum, dicentes nõ potuisse Deum illos seruare: sed hoc diluit diuinus vates dicens: Iudæorũ eersionem & exilium non euenisse ob Dei ipsorum impotentiam, sed ob ipsorum peccata, præsertim ob infidelitatem.

¶ Omnes qui glorificabant eam, spreuerunt illam. Quicumque eam antea in prosperitate laudibus efferebant, & honoribus ornabant, postea in ærumnis versatam illam penitus contempserunt. Qui eam tuebatur obsequio in rebus secũdis & ad voluntatem fluentibus, postea illis reflantibus eam deseruerunt, & pro nihilo putarunt. Vt cicadæ in æstate apparent, & continuo canunt, hyeme autem perpetuò silent, imò non videntur: ita multi in

Similitudo.

Esai. 1.

Amos. 5.

n  
Che.

Similitudo.

Heb. 11.

Ioan. 16.

Prou. 14.

Similitudo.

ti in prosperitate nos sequuntur, & laudibus efferunt, qui in rerum aduersarum ictibus & calamitatum procellis obmutescunt, nosq; derelinquunt, quos amore prosequi videbantur. Id intelligēs Salomon dicebat capite Prouerbiorū quartodecimo: Diuitiæ addunt amicos: pauper verò etiam ab amicis deseritur. Et Prou. 19 decimonono: Fratres hominis pauperis oderūt cum, insuper & amici procul recesserunt ab eo. Et Ecclesiasticus sexto: Est amicus secundum tempus: & non permanebit in die tribulationis. De illo autem qui verus est amicus ait eodem capite: Amicus fidelis protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum.

¶ Ipsa autem gemēs, & conuersa est retrorsum. Idest, quin ipsa ingemuit dolore pressa, & deiecta est retro. Fortasse particula, &, accipitur pro quia: vt sit sensus: Ipsa autem gemuit, quia se vidit contemptam, ac si esset proiecta retrorsum. Accipi autem & pro quia indicat locus ille Esaiæ capit. 64. Tu iratus fuisti, & nos peccauimus. Ita accipitur capite primo Luc. 1. Lucæ: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et secundo: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus. Capite quartodecimo Genesis, vbi nos habemus: Melchisedec rex Salem proferens panē & vinū, erat enim sacerdos Dei altissimi. Pro enim est in Onchel. Hebræo &, & ita transfert Onchelus paraphrastes Chaldæus. Sed quoniā & accipitur pro quia, & enim, rectè vertit Latinus noster interpres: Erat enim: Ac si diceret: Ratio cur offerebat Deo panem & vinum, est, quia eiuserat sacerdos.

¶ Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui: deposita est vehementer, non ha-

bens consolatorem. Vide domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus.

Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius: quia vidit gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus preceperas, ne intrarent in ecclesiam tuam.

Omnis populus eius gemens, & querens panem: dederūt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam: vide domine, & cōsidera, quoniam facta sum vilis.

O vos omnes qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor sicut dolor meus: quoniam vindemiauit me, vt locutus est dominus in die ire furoris sui.

De excelsis misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me: expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum: posuit me desolatam, tota die mærore confectam.

Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius, conuoluta sunt, & imposita collo meo: infirmata est virtus mea: dedit me dominus in manum, de qua non potero surgere.

Abstulit omnes magnificos meos dominus de medio mei: vocauit aduersum me tempus, vt contereret electos meos. torcular calcavit dominus virgini filie Iudæ.

¶ Sordes eius in pedibus eius. Describit Hierosolymam viduam, pedibus nudā, & eam ob causam contaminatam. Vel per pedes intelligit affectus. Ac si dicat: Erant labeles in affectionibus eius: habebat affectiones suas maculis pollutas. Intelligi autē affectus nomine pedū indicat psalmograph⁹, cum ait psalm. 35. Nō veniat mihi pes superbiæ. Potest tamē ita exponi locus ille. Non cōculcet me pes superbi, sed amoue à me vim & furorem hominis violenti. Prior tamen explanatio est diui Augustini, quam Remigius Antisidorēsis, & alij viri docti sequuntur. Et psalmo. 39. Statuit supra petram pedes

Iod.

Caph.

Lamed.

Mem.

Nun.

Samech.

Teth.

Psalm. 35.

August.

Remig.

Psalm. 39.

COMMENT. IN LAMENT. IEREM.

meos. Hoc est, firmavit affectiones meas  
 1. Cor. 10 super Christum. Petra autem, inquit  
 apostolus, erat Christus. Vult diuinus  
 vates significare affectuum suorum fir-  
 mitudinem, & solidi fundamenti stabi-  
 litatem. Et Zacharias apud Lucam pri-  
 mo: Ad dirigendos pedes nostros in viâ  
 Luc. 1. pacis. Vt cor ambulat pedibus: ita ani-  
 ma affectionibus. Quare oportet pedes  
 abluere: hoc est puros & integros affectus  
 habere. Hoc voluit Christus dominus si-  
 gnificare, cū abluit pedes discipulis suis  
 Ioan. 13. apud Ioannem tertio decimo: & cū di-  
 Matt. 10 xit illis apud Matthæum decimo: Excute  
 puluerem de pedibus vestris. Id fuit  
 Leuit. 1. significatum capite primo Leuitici, vbi  
 Deus præcepit intestina ac pedes victi-  
 mæ lauare aqua. Vbi per pedes affectus  
 & motus animi significatur, per intesti-  
 na verò abditæ & latentes cogitationes  
 in ventre animæ, hoc est in corde, quod  
 animæ vterus appellatur. Vnde Ieremias  
 Iere. 4. capite quarto: Ventrem meum, inquit,  
 ventrem meum doleo. Volens autem  
 ostendere per ventrem significare cor,  
 addit: Sensus cordis mei turbati sunt in  
 me. Sed quoniam victores in triumphis  
 solebant victos sub pedibus habere, pe-  
 des ipsi pro victoria accipiuntur. Quare  
 hoc Ieremiæ loco poteris per pedes Hie-  
 rosolymæ antiquas eius victorias intel-  
 ligere. Et quia in illis utebatur superbia,  
 insolentia, & vanitate, dicitur habere sor-  
 des in pedibus suis. Vnde id quod paulò  
 ante attulimus ex psalm. 35. Non veniat  
 Psal. 35. mihi pes superbiæ: potest ita explanari:  
 Non triumphet de me superbia. Id quod  
 nos hoc Ieremiæ loco habemus: Sordes  
 eius in pedibus eius: potest verti ex He-  
 bræo: Sordes eius in fimbrijs eius. Et ita  
 Brixia. Pagnin. habet Brixianus & Pagninus. Ac ita est

ad marginem nonnullorum codicum.  
 Et tunc potest esse sensus: Impuden-  
 ter peccauit Hierosolyma, similis mu-  
 lieri impudicæ, quæ non veretur men-  
 struum sanguinis in fimbrijs vestis cir-  
 cunferre. Septuaginta tamen nobiscum  
 pedes verterunt. Sed eadem potest esse  
 intelligentia.

¶ *Nec recordata est finis sui.* Non tenebat  
 memoria interitum suum: non cogita-  
 bat de exitu vitæ: exciderat ei penitus  
 ex animo mortis recordatio. Quam vti-  
 lis sit memoria mortis, indicat Ecclesia-  
 sticus capite septimo, cū ait: Memora-  
 rare nouissima tua, & in æternum non  
 peccabis. Et quartodecimo: Memor esto,  
 quoniam mors non tardat. Memoriam  
 mortis complectebatur Iob has voces e-  
 mittēs capite trigesimo. Scio, quia mor-  
 ti trades me, vbi constituta est domus  
 omni viuenti. Ac si dicat: Semper mors  
 mihi ante oculos versatur: Non mihi  
 excidit ex animo memoria sepulchri,  
 quod est omnium hominum domici-  
 lium. Ait Albertus magnus in libro de  
 vegetabilibus, coruum non redire ad ni-  
 dum, si in eo posuerint cinerem ac pulue-  
 rem vitri: sic dæmon fugit à nido nostri  
 cordis, si in eo posita fuerit memoria ci-  
 neris & pulueris, in quem conuertendū  
 est vitrum, vitrum autem sumus nos:  
 imò vitro ipso fragiliores. Quare si à no-  
 bis dæmonem auertere voluerimus, sit  
 in animo nostro eius pulueris, in quem  
 sumus conuertendi, repetita memoria.  
 Ea quippe vigilamus, & obliuione dor-  
 mimus. Eam ob causam Christus Deus  
 noster apud Matthæum. 25. Vigilate, in-  
 quit, quia nescitis diem, nec horam.  
 Et apud Lucam duodecimo: Estote pa-  
 rati, quia qua hora non putatis, filius  
 homi-

Simil-  
do.

Pfal. 7

Eccle. 7.

Iob. 30.

Albert.  
Similitu-  
do.

Rom.

Matt. 25

Luc. 12.

hominis veniet. Hac mortis memoria  
 diminuuntur vanæ mundi voluptates,  
 & crescunt piæ animi oblectationes. Quæ  
 admodum quicquid amputatur ex vite, au-  
 getur in fructu: sic qui resciderit inanem  
 ac falsam mundi lætitiã, augebit salu-  
 tarem fructum veræ iucunditatis. Sed  
 aduerte: Mors, quæ dicitur finis scelerato-  
 rum hominum, est principium virorum  
 virtute præstantium. Id quod nos habe-  
 mus psalmo. 76. Et dixi: nunc coepi: po-  
 test verti ex Hebræo: Et dixi: interitus  
 meus est. Est enim ibi verbum Chalal,  
 quod significat interire & incipere: nam  
 viri iusti tunc incipiunt, cum excedunt  
 ex hac vita. Cum nascuntur exeunt è  
 ventre matrum, & ingrediuntur vte-  
 rum naturæ: cum verò è vita migrant,  
 nascuntur: & tunc incipit vita, quæ est  
 vera vita nominanda. Ex quo fit, vt  
 dies obitus sanctorum, eorum natalis dies  
 appelletur. Sed siue principium, siue  
 finis dicatur mors, est memoria repe-  
 tenda. Sed eius non recordata est Hie-  
 rosolyma. Duas res tribuit ei hoc loco  
 Ieremias, ob quas ait eam in acerbissi-  
 mas calamitates incidisse, nimirum sor-  
 des affectuum, & mortis obliuionem. For-  
 tasse nomine finis intelligitur Christus,  
 iuxta illud apostoli ad Romanos deci-  
 mo: Finis legis Christus est ad iustitiam  
 omni credenti. Ille enim fuit legis con-  
 summatio, quoniam lex nõ erat nisi vsq;  
 ad eum in ea promissum, in cuius morte  
 fuit impleta & finita. Cum autem Iudæi  
 non recordarentur eius, meritò fuerunt  
 varijs calamitatibus lacerati.

Similitudo.

Psal. 76.

eccl. 7.

ob. 30.

libert. militu.

Rom. 10.

att. 25

cc. 12.

niam. Vera est enim illa sanctæ Deige-  
 nitricis sententia: Deposuit potentes de  
 fede, & exaltauit humiles. Pro vehemē-  
 ter potest etiam verti: mirabiliter: hoc  
 est, cum hominum admiratione: ad-  
 mirabantur enim tam celebrem ciui-  
 tatem in tantam miseriam subito ve-  
 nisse.

Luc 1.

¶ *Vide domine afflictionem meam.* Indu-  
 eit Ieremias urbem has voces ad Deum  
 emittentem, vt ostendat in omnibus ca-  
 lamitatibus confugiendum esse ad Deum  
 misericordiæ plenissimum, nunquãque  
 de eius pietate desperandum. Vel est  
 apostrophe ipsius Ieremiæ ad Deum,  
 eius misericordiam & auxilium implo-  
 rantis. Sensus est: Ne me domine om-  
 nino despicias, inquit, diuinus vates,  
 sed conuerte ad me oculos tuæ clemen-  
 tiæ. In pijs Dei oculis est remedium no-  
 strum. Eodem modo paulò post: Vi-  
 de domine & considera, quoniam vi-  
 lis facta sum. Et capite quinto harum  
 lamentationum. Intuere, inquit, do-  
 mine, & respice opprobrium nostrum.  
 Et David psalmo. 118. Aspice in me,  
 & miserere mei. Et psalmo. 83. Prote-  
 ctor noster aspice Deus. Vel vt verti  
 etiam potest: Clypee noster aspice Deus.  
 Ac si dicat: ô tu Deus qui es clypeus  
 noster intuere nos. Non me fugit, pos-  
 se verti locum illum: Clypeum nostrum  
 aspice Deus. Hoc est, regem nostrum  
 placidis oculis intuere. Bonus enim rex  
 clypeus est populi. Nam sequitur: Et  
 respice in faciem Christi tui. Reges e-  
 nim Christi, hoc est vncti dicebantur.  
 Tu verò perpende Ieremiæ verba: Non  
 ait: Vide domine peccatum meum, vt  
 me perdas, sed afflictionem meam, vt  
 me liberet.

bol

psal. 118.

Infrã. 5.

Psal. 118. Psal. 83.

COMMENT. IN LAMENT. IEREM.

¶ *Quoniam erectus est inimicus.* Idest, quoniam hostes nostri superiores facti sunt, & nos illis subiecti. Vel erecti sunt superbia elati, insultantes nobis, victorias suas fortitudini suæ arroganter tribuentes, cum eas deberent iustitiæ tuæ tribuere, qui nos propter flagitia nostra meritò affligis.

10d. ¶ *Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius.* Ponitur numerus singularis pro plurali more diuinæ scripture. Sensus est: Babylonij hostes nostri rapuerunt omnia expetibilia Hierosolymæ: nimirum thesauros templi, & aulae regiae, & omnes vrbs diuitias, quæ fuit direptioni commissa, & alta eius moenia funditus euerfa. Id prædixerat ijs verbis Esaias

Esai. 64. capite. 64. Omnia desiderabilia nostra verfa sunt in ruinas. Aiunt nonnulli per desiderabilia intelligi hoc loco iudicia atque eloquia Dei in libris legis scripta, de quibus dicitur in psalmo decimo octauo: Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum. Nam Ammonitæ & Moabitæ acerrimi Iudæorū hostes, qui erant in exercitu Babyloniorum, in vrbs expugnatione libros legis quæsierunt, & cremarunt.

¶ *Quia vidit gētes.* Deplorans direptionem earum rerū quas Hebræi habebant in delicijs, præcipuè meminit thesauro- rum templi, quæ Babylonij cum cæteris hostibus cæca cupiditate prædæ & rapinarum concitati abstulerunt, & secū asportarunt. Sensus est: Ideo Hierosolyma lamentatur ô Deus sancte, quia vidit inimicos suos à fide alienatos ingressos in templum sanctum, quo gētes idolorum cultrices ex præcepto tuo ingredi nō poterāt. Docet hic locus esse nos potius deploraturos iniurias in Deū iactas, quàm

in nos ipsos. Id sentiens Dauid psal. 118. Psal. 118. Exitus, inquit, aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuā, nimirum peccatores. Non ait: Ideo lachrymas profundo, quia homines in me impetum fecerunt, sed quia legem tuam violarunt. Potest hoc ita explanari: Eam ob causam Hierosolyma in tam acerbas incidit calamitates, quia permisit olim, vt gentes idolis deditæ ingrederentur in templum sanctum, cum tu domine præcepisses, ne illuc introirent. Tres partes habebat templum Salomonium, in quarum primam poterant ingredi gentiles, in alteram solum Iudæi, in tertiam sacerdotes. At Iudæi permiserant, vt gentiles in partem illis prohibitam introirent. Quare permisit Deus, vt illi inuitis Iudæis totum templum penetrarent, illudque penitus delerent.

¶ *Omnis populus eius gemens, et) quærens panem.* Idest, vniuersus populus Hierosolymæ laborabat fame, & cum gemitu quærebat cibum. De hac fame locutus fuerat Ieremias capite. 38. Vnusquisque dabat pro cibo pretiosa & expetibilia, quæ habebat ad vitam sustentandā. Nō delicias & saturitatem quærebant, sed aliquid ad vitæ sustentationem. Accipitur anima pro vita, vt capit. 37. Genesis: Nō interficiamus animam eius. Iudicum de cimonono: Posuit animā suam in manu sua: Idest, exposuit vitam suam periculo. Matthæi secūdo: Defuncti sunt, qui quærebant animam pueri. Ioannis decimo: Bonus pastor animā suā dat pro ouibus suis. Vel accipitur anima pro ipso homine: vt sit sensus: expendebant, quæcunq; illis erant cordi, vt se ipsos reficerēt. Accipi autem animam pro homine indicat locus ille capitis duodecimi Genesis: Gene. 12

Tulit

Tulit Abram vxorem suam, & Loth filium fratris sui, vniuersamque substantiam, quam possederant: & animas, quas fecerant in Haran. Idest, omnes homines dominatos. Pro quo Septuaginta habent: Et omnem animam, quam possederant in Haran: hoc est, omnes seruos suos. Possunt etiam intelligi verba illa de hominibus, quos Abram & vxorei<sup>9</sup> instruxerant in fide vnius Dei. Illos enim fecerunt homines, cum antea essent veluti animalia rationis expertia. Na<sup>9</sup> paraphrasis Chaldaica habet: Et tulit secum omnes animas, quam subiecerant legi in Haran. Vbi vides animas accipi pro hominibus. Ita intelligitur illud capitis quartidecimi Genesis, quod dixit rex Sodom Abrae: Da mihi animas, cetera tolle tibi. Hoc est, da mihi homines, fume autem tibi reliqua spolia. Vbi Septuaginta pro, animas, habent: *α' νεας*, hoc est viros. Paraphrastes autem Chaldaeus animas nobiscum legit. Nos autem quæramus primò panem, qui de cælo descendit: nam Exodi. 17. præcipiebat Deus, vt primo mane quæreretur manna, & in euangelio ait: Primò quærire regnum Dei.

¶ *Vide domine, & considera, quoniam facta sum vilis.* Verba sunt vrbis, quæ quasi audiens calamitates suas ex ore Ieremiæ in has lamentabiles voces prorumpit: quibus vult Deum ad misericordiã prouocare. Gregorius libro Moralium. 23. hunc locum explicans ait: Vilis plebs Dei efficitur, quando prauorũ numero crescente in eis non summa & cœlestia, sed abiecta & terrestria sectatur.

¶ *O vos omnes qui transitis per viam.* Facit Ieremias Hierosolymam loquentem, suasque calamitates lamentantem, qui-

bus nullæ possent æquales inueniri. Inducit eam veluti mulierem lugentem iuxta viam, quæ incredibili dolore cruciatam transeuntes obtestatur, vt magnitudinẽ mœroris sui perpendant, vt eam possint illo quodammodo leuare. Proprium est calamitosorum, tanto maiorem estimare dolorem suum, quanto aliorum minus intelligere studuerunt.

¶ *Quoniã vindemiauit me dominus.* Vocat se vineam, de qua Esaias capite quinto: Vineam, inquit, domini exercituum domus Israël est. Et Deus apud Ieremiam secundo: Ego te plantaui vineam electam. Hæc est vinea, de qua loquitur Christus apud Lucam. 21. quam Deus plantaui sepiens illam lege, constituens in illa torcular, hoc est templum, & excelsam turrim, hoc est prophetiam, ex qua & præteritum videtur, & futurum. Ac vt Esaias ait capite quinto, cum expectaret, vt ferret vuas, tulit labruscas. Vel vt vertit Aquila: fecit spinas: illas scilicet, quibus dominum coronauit. Extra hanc vineam eiecerunt agricolæ hæredem, hoc est Iudæi Christum Deum verum, filium vni genam patris cœlestis, cum eum ex vrbe abduxerunt ad Caluariæ montem, vbi eum occiderunt, & crudeliter sauciarunt. Erat enim in vitulo illo adumbratus, qui extra castra pro peccato mundi comburebatur: de quo loquitur Moses capite 16. Leuitici. Id intelligens diuus Paulus capite tertiodécimo epistolæ ad Hebræos: Propter quod, inquit, & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra improprium eius portantes. Extra castra, & extra vineam, hoc est extra Hierosolymam eiectus est Christus pro mundi flagitijs, qui fuit ar-

dore passionis in monte Caluariæ incē-  
sus, & instar diuinæ foenicis incendio di-  
uini amoris inflammatus. Quā ob cau-  
sam vinea illa fuit penitus dissipata à Ro-  
manis: quæ multo antè fuerat spoliata à  
Babylonijs. Ablatis Hebræis alijs mor-  
te, alijs exilio, & spoliatis opibus & volu-  
ptatibus, vindemiata fuit Hierosolyma  
viris, diuitijs, & oblectationibus, sicut vi-  
nea racemis. Vindemiat Deus non so-  
lùm vitam hominum infimo loco na-  
torum, sed magnatum & principū. Id  
Psal. 75. quod de illo ait David psalmo. 75. Ter-  
ribili, & ei, qui aufert spiritum principū.  
Verti etiā potest: Terribili, & ei, qui vin-  
demiat vitā principū. Cæterum pro, vin-  
demiauit me dominus: vertunt nonnul-  
li: Afflixit me dominus. Sensus est idem:  
sed verbum vindemiare aptiorē impor-  
tat similitudinem ad exaggerandam ca-  
lamitatem. Ideo ait paulò post: Vinde-  
mia eos, sicut vindemiaſti me propter  
Inf. 2. iniquitates meas. Et capite secundo ha-  
rum lamentationum. Vide domine, &  
confidera, quæ vindemiaueris. Hoc sche-  
mate vtitur psalmographus intuens ani-  
mo Hierosolymæ calamitates, cum ait:  
Psal. 79. Vindemiāt eam omnes, qui prætergre-  
diuntur viam. Exterminauit eam aper  
de sylua, & singularis ferus depastus est  
eam. Impias & immanes nationes vocat  
apros & feras bellum Hierosolymæ in-  
ferentes, eamque crudeliter vastantes.  
¶ *Vt locutus est dominus.* Nimirum per  
diuinos suos vates.  
¶ *De excelsis misit ignem in osibus meis:*  
Mem. ¶ *et erudiuit me.* Comparat Deum cum  
magistro, qui otiosum & improbū dis-  
cipulum grauitè castigat, vt illum eru-  
diat, & ad meliorem frugem conuertat.  
Sensus est: Deus misit de excelsis, hoc est,

de cœlo calamitatē nomine ignis signi-  
ficatam, vt me combureret, & supplicio  
hoc erudiret. Cap. 31. ait idem Ieremias: Iere. 31.  
Castigasti me domine, & eruditus sum  
quasi iuuenculus indomitus. Esaias etiā Esai. 28.  
cap. 28. Domine, inquit, in angustia que-  
sierunt te. Et paulò post: Sola vexatio in-  
tellectum dabit auditui. Et David psal- Psal. 81.  
mo. 82. Imples facies eorū ignominia,  
& quærent nomen tuū domine. Et psal-  
mo. 118. Bonum mihi, quia humiliasti Psal. 118.  
me. Intuere calamitatis vtilitatem: ea est  
instructio nostra è cœlo diuinitus missa,  
quæ mirum in modum conducit ad vi-  
tam immortalem consequendam. Peri-  
tus colonus desiderat in Ianuario niues,  
frigora, & glacies, vt in æstate multa sit  
copia frumenti. Vita hæc est hyems, al-  
tera est æstas: si in hoc Ianuario fuerint  
frigora calamitatum, erit in æstate cœli  
abundantia gaudiorum. Quāto hîc fue-  
rimus propter Deum acerbiorum ærū-  
narum angustijs afflicti, tātò illic erimus  
maioribus gaudijs cumulati. Nam vt di-  
uus ait Paulus capite octauo ad Roma- Rom. 8.  
nos: Hæredes quidem Dei, cohæredes  
autem Christi, si tamen compatimur,  
vt & glorificemur. Et capite secundo se-  
cundæ ad Timotheum: Si commortui 2. Tim. 2.  
sumus, conuiuemus: si sustinemus, con-  
regnabimus. Mœror æquo animo tole-  
ratus conuertitur in oblectationem, iux-  
ta illud seruatoris nostri apud Ioannem Ioan. 16.  
sextodecimo: Tristitia vestra vertetur in  
gaudium. Quemadmodum lauri bacce  
& herbæ nonnullæ amaræ quidē sunt, Similitu-  
do.  
sed ad salutem mirum in modum con-  
ducunt: sic calamitates quamuis asperæ  
sint, salutares tamen sunt. Sed hoc intel-  
ligitur, nisi apud homines obstinatos,  
qui illis fiunt deteriores. Vt vina excellē-  
tia



Similitudo. 31. i. 28. al. 31. al. 18. militu. Pfal. 16. Pfal. 65. Iere. 15. Ezecc. 20. Ose. 8. Amos. 1. Nahu. 3. Iere. 52.

tia infusa in vasa è taxo facta redduntur mortifera: ita afflictiones alioquin vtilis in hominibus teterrimis, scelerumque maculis notatissimis, sunt saepenumero pestilentes, non earum culpa, sed illorum. At à Deo nobis ad commodum nostrum generaliter infliguntur. Meritò ergo scriptum est capite quinto Iob: Beatus homo qui corripitur à Deo: increpatione ergo domini ne reprobet: quia ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt. Ac vt ait hoc loco Ieremias: Deus de excelsis mittit ignem, quo erudiat. Significari autem calamitatem nomine ignis indicat diuina scriptura psalmo sextodecimo: Igne me examinasti: & non est inuenta in me iniquitas. Psalmo. 65. Transiuimus per ignem & aquam. Ieremiae quintodecimo: Ignis succensus est in furore. Capite Ezechielis vigesimo: Ecce ego incendam in te ignem. Osee octauo: Mittam ignem in ciuitates eius. Amos primo: Mittam ignem in domum Afael. Nahum tertio: Comedet te ignis. Fortasse hoc Ieremiae loco per ignem de caelo missum intelligitur ignis naturalis, quo Deus permisit, vt templum, & alia munita ac fortia Hierosolymae mœnia, quae erant velut ossa corporis, flagrarent. Narrat enim Ieremias capite. 52. fuisse ciuitatem flammis expositam. Huic explanationi fauet paraphrasis Chaldaica, quae habet: De caelis misit ignem in castella mea fortiora, & subegit illa. Poteris rectissime per ignem intelligere iram Dei, cuius grauitate exaggerat diuinus vates, comparans illam cum emissionem ignis de caelo, & statim cum emissionem retis, quo Deus Hierosolymam illaqueauit & irretiuit propter flagitiorum vincula, in quae se ipsa coniecerat.

¶ *Expandit rete pedibus meis.* Hoc est, misit in me iram suam, qua me traderet irretitam Babylonis. Vel accipitur rete pro exercitu Babyloniorum, quo Hierosolyma fuit illaqueata. Ita accipitur apud Ezechiel capite duodecimo: Ex- Ezecc. 12. tendam rete meum super eum, & capietur in sarena mea. Similiter capite decimo septimo, & trigesimo secundo. Potest hic locus ita explanari: Cum ego currem ad flagitia, ligauit me Deus laqueo calamitatis, ne longius progrederer: sed retro reuerterer, & ad me ipsam redire. Sequitur enim: Conuertit me retrorsum. Ac si dicat: Calamitas mea fuit impedimentum, ne ultra abirem, quo Deus me à sceleribus retraxit. Haec arumnae meae fuerunt spinæ, quibus iter meum interclusit. Apud Oseam enim ait Deus capite secundo: Sepiam viam tuam spinis: & sepiam eam maceria. Et semitas tuas non inueniet.

¶ *Posuit me desolatam.* Id est, nullum mihi praeiuit solatium: luctum meum continuum nulla consolatione leuauit. Apud Baruch ait illa capite quarto. Adduxit Deus mihi luctum magnum. Baruc. 4.

¶ *Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius.* Hoc est, aduenit tempus diuinae ultionis, quam Deus diu distulerat. Iugum iniquitatum suarum appellat calamitatem & castigationem, quam ob peccata sua sustinebat. Hoc debitum supplicium dicitur dormisse in manu domini, quandiu ille scelera ipsius Hierosolymae dissimulauit, & poenam distulit, & illa impunè quiescebat. Tunc autem dicitur vigilasse in manu eius, cum ipse ingratae atque impiae ciuitati poenam hanc inflixit, & ipsa illam sensit, & ad se quodammodo redijt. Seruitutem Babylonicam, poenasque;

COMMENT. IN LAMENT. IEREM.

poenasq; omnes, quas tunc luebat scele-  
rum suorum, & iram Dei, qui eas ab illa  
expetiuit, comparat cum aspero iugo,  
quemadmodum paulò antè cū igne de  
cœlo comparauerat. Huiusmodi iugum  
posuerat Sennacheribus decem tribubus  
diuina ita exigente iustitia, quando Sa-  
mariam euertit. Ac voluit ponere Hie-  
rosolymæ, quæ tunc fuit à Deo mirabi-  
liter liberata: vt libro quarto Regum ca-  
pitate decimonono: & capite Esaia. 37. di-  
uina refert scriptura. Ideo ait Esaia de-  
cimo: Computrescet iugum à facie olei.  
Hoc est, dura seruitus quam Sennache-  
ribus conabatur inferre Hierosolymæ,  
dissipabitur à facie olei, hoc est, à facie  
Ezechia regis, qui erat vnctus oleo. Sed  
multo rectius & altius per oleū illud in-  
telligitur Christus verus Deus, & verus  
homo, vnctus oleo gratiæ: de quo ait Da-  
uid psalm. 44. Vnxit te Deus Deus tuus  
oleo lætitiæ præ confortibus tuis: Quē  
locū diuus Paulus in epistola ad Hebræos  
de Christo interpretatur. Iugum enim  
diaboli solutū ac dissipatū fuit per Chri-  
stum: de quo paraphrastes Chaldæus lo-  
cum illum Esaia explanauit. Poteris hoc  
Ieremia loco per iugum hoc intellige-  
re seruitutem peccati, de qua ait Chri-  
stus capite octauo euangelij Ioānis: Qui  
facit peccatū, seruus est peccati. De qua  
suprà locuti sumus.

¶ *Cōsoluta sunt, et) imposta collo meo.* Ni-  
mirum iniquitates meæ. Explanatio est  
superioris. Appellauerat iniquitates suas  
iugum, nunc appellat eas catenas imposi-  
tas collo suo. Quod potest de vtraq; in-  
telligi seruitute, corporis scilicet, & ani-  
mi. Fortasse alludit ad illorum morē, qui  
solent ad collum latronis conijcere præ-  
dā, cū eum in furto ipso deprehendūt.

¶ *Infirmata est virtus mea.* Idest, decidit  
robur meum Deo me deserente. Accipi-  
tur virtus pro vi & fortitudine. Eodem  
modo psalmo trigesimo: Infirmata est  
in paupertate virtus mea. Ac si dicat: De-  
bile & fragile factū est in calamitate mea  
robur meum. Pro, in paupertate, poteris  
etiam vertere, in supplicio, vel in pœna.  
Quidam vertunt, in peccato: & rectè  
quidem: sed accipitur peccatum pro pœ-  
na peccati: quam interpretes noster pauper-  
tatem appellauit.

¶ *Dedit me dominus in manum.* Attribuit  
Hierosolyma victoriam Babyloniorum  
non ipsis, sed diuinæ iustitiæ. Sensus est:  
Tradidit me Deus, ita exigentibus fla-  
gitijs meis in Babyloniorum potestate.  
Tradi in manum alicuius, phrasis est in  
diuinis literis vsitata. Qua de re ea pote-  
ris videre, quæ diximus in explanatione  
in primum caput Danielis, cū verba  
illa exponeremus: Tradidit dominus in  
manum eius Ioacim.

¶ *De qua non potero surgere.* Subaudi, vir-  
tute mea. Indicat magnam Chaldæorū  
potestatem. Nulla te teneat admiratio,  
cū videas me hostes illos Hierosoly-  
mæ aliquādo Babylonios, aliquādo Chal-  
dæos vocare: nam hæc duo nomina con-  
fundūtur. Cū enim Babylō vrbs quō-  
dam celeberrima esset in Chaldea, totius  
regni caput & metropolis, effectum est,  
vt omnes Chaldæi Babylonij vocaren-  
tur: vt alijs in locis copiosè indicauim⁹.

¶ *Abstulit omnes magnificos meos domi-  
nus de medio mei.* Prosequitur miseriam,  
in quam Deo ita volente incidit. Ac  
si dicat: Abstulit Deus à me principes,  
sacerdotes, omnes viros dignitate, forti-  
tudine, sapientia, & generis claritate præ-  
stantes: eos reliquēs, qui sunt infimo lo-

cona-

co nati, nulla illustri laude celebrati, nulla sapientia, nulla fortitudine muniti, nullam nominis amplitudinem consecuti. Id prædixerat Esaias capite tertio his verbis: Ecce enim dominator Deus exercituum auferet à Ierusalem, & à Iuda validum & fortem, &c. Lege caput vltimum Ieremie, & libri quarti Regū, vbi hæc inuenies literis madata. Pro abstulit vertunt nonnulli cōculcauit: vt sit sensus: Permisit Deus, vt in medio mei omnes viri magnifici Hebræi à Babylo nijs conculcarentur. Cū enim mortui iacerent in vijs, eos Babylonij pedibus terebant. Perpende: Babylonij auferebāt & conculcabant Hebræos: & Ieremias ait hoc loco Deum hoc fecisse, quia illud volebat. Eodem modo Iob capite. 1. Dominus dedit, dominus abstulit. Abstulerant ei prædones boues & camelos: & ille dicebat: Dominus abstulit. Est enim Deus author mali pœnæ, sed non mali culpæ. Diuus Ambrosius in psalmū. 118. hæc Ieremiæ verba de tempore aduentus Christi explanat, quando eum obstinati Iudæi recipere noluerūt. Quare fuerunt meritò à Romanis victi, interfecti, conculcati, & in calamitosum exilium coniecti.

¶ *Vocauit aduersum me tempus.* Nimirū aptum ad exitium meum, vt eos destrueret, quos ego ob eorum merita ad gloriam meam elegeram. Sed quia tempus accipitur aliquando pro seculo, seculum autem pro hominum coetu, potest esse sensus huius loci: Vocauit Deus contra me gentes, & hominum congregationem, qui me ad perniciem & vastitatem vocarent.

¶ *Torcular calcauit dominus virgini filie Iudæ.* Hoc est, confecit me Deus vehe-

mente calamitate: & summo ærumnarū pondere me oppressit. Comparat miseriam suā grauissimo torculari, quo Deus tāquam aspero supplicio illam puniuit. Apud Esaiam capite. 63. ait Deus: Torcular calcaui solus: & de gentibus nō est vir mecum: calcaui eos in furore meo, & cōculcaui eos in ira mea. De illo ait Ioānes capite. 19. Apocalypsis: Ipse calcet torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. Quibus in locis per torcular supplicium significatur. Appellat se Hierosolyma virginem, quia nōdum fuerat ante vastitatem illam euerfa: vel quia vnū Deum coluerat: vel ob delicias, quibus fuerat nutrita. Virginē vocat eam Esaias capite. 37. Et Ieremias Threnorum secundo. Illa autem vocat se filiam Iudæ, quia ab illo originem ducebat: à quo Iudæi denominabantur. Velloquitur ad literā de puellis Hierosolymæ in illa vrbis vastitate mirum in modum afflictis. Ac ita accipitur numerus singularis pro plurali: vt sit sensus: Oppressit Deus torculari calamitatum virgines Hebræas, instar vuarum, quæ torculari torquētur, & conculcantur. Quidam vertūt: Torcular extendit dominus aduersus virginem filiam Iudæ. Vt scilicet exprimeret sanguinem virginū Hierosolymæ, quæ admodum torcular exprimit sanguinē vuarū. Vult significare in illa expugnatione non solū iuuenes, sed etiā puellas perijisse: iuxta illud psalmi. 77. Iuuenes eorum comedit ignes, & virgines eorum non sunt lamentatæ. Hoc est, Iuuenes populi Israëlitici fuerūt acerbè afflictī, & vita priuati, & virgines non deplorauerunt illos, quia simul fuerunt interfectæ. Quidam vertunt locum illum: Et virgines non sunt laudatæ. Hoc est, post

post earum interitum non erat, qui eas laudaret: tanta enim erat clades, ut non remaneret, qui posset mortuorum laudes celebrare. Vel, virgines non fuerunt laudatę epithalamijs scilicet nuptialibus. Hoc est in nuptiis perierunt. Solebant enim antiqui laudibus efferre virgines, cum eas parentes in matrimonium collocabant.

**y** **Hain.** *Idcirco ego plorans, et oculus meus deducens aquas: quia longe factus est à me consolator conuertens animam meam: facti sunt filij mei perditij, quoniam inualuit inimicus.*

**Ph.** *Expandit Sion manus suas, non est, qui consoletur eam: mandauit dominus aduersum Iacob in circuitu eius hostes eius: facta est Ierusalem quasi polluta menstruis inter eos.*

**Tf.** *Iustus est dominus, quia os eius ad iracundiã prouocauit. Audite obsecro vniuersi populi, et videte dolorem meum: virgines meae et iuuenes mei abierunt in captiuitatem.*

**P** **Coph.** *Vocavi amicos meos, et ipsi deceperunt me: sacerdotes mei, et senes mei in urbe consumpti sunt, quia quesierunt cibum sibi, ut refocillarent animas suas.*

**Res.** *Vide domine, quoniam tribulor: conturbatus est venter meus: subuersum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum: foris interficit gladius, et domi mors similis est.*

**Xin** *Audierunt, quia ingemisco ego, et non est, qui consoletur me: omnes inimici mei audierunt malum meum, letati sunt, quoniam tu fecisti: adduxisti diem consolationis, et fient similes mei.*

**Tau.** *Ingrediatur omne malum eorum coram te, et vindemia eos, sicut vindemiasti me propter omnes iniquitates meas: multi enim gemitus mei, et cor meum marrens.*

**y** **Hain.** *Idcirco ego plorans. Eam ob causam ego fleo, & oculi mei lachrymas profundunt,*

quia careo consolatore, qui conuertat animum meum à mœrore ad lætitiã: qui vitã meam à præsente miseria restituat in pristinã felicitatem. Per consolatorem qui eam deseruerat, regnum intelligit Ægyptiorum. Sed quia sequitur: Conuertes animam meam: videtur per consolatorem, qui ei deerat, significare Deum: ipse enim est, qui hominum animas ad seipsum conuertit. Sed quia conuertere animas idem est aliquando quod eas placare, & quietas reddere, ut psalmo decimo octauo: Lex domini immaculata conuertens animas: potest verti locus hic: Propterea ego ploro, & oculus meus lachrymas profundit, quia longè à me abest consolator, qui animas agitas & fluctuantes potest reddere placatas atq; tranquillã. Deus vbique est per essentiã præsentiã & potentiam: sed abesse dicitur ab impijs, quia nõ est in illis per gratiam, nec per diuinã consolationem. Ideo ait Dauid psalmo. 118. Longè à peccatoribus salus. Et Salomon Prouerbiorum quinquagesimo: Longè est dominus ab impijs. Nec solùm impios, sed viròs etiam iustos relinquit aliquando per consolationis abstractionem. Id sentiebat Dauid, cum psalmo nono aiebat: Ut quid domine recessisti longè? despicias in opportunitatibus, in tribulatione. Id efficit Deus, cum viros pietate, religione, & sapientia præstantes permittit grauius vexari ab improbis hominibus, & in acerbis calamitates venire. Sed non ideo debent cadere animo: nam id illis ad illustriorem meritorum coronã cõducit. ¶ *Facti sunt filij mei perditij.* Habitatores suos filios vocat. Capite quinquagesimo ait Ieremias: Grex perditus factus est populus meus.

¶ Ex-

**Phc.** *Expandit Sion manus suas, non est, qui consoletur eam.* Hoc est, implorauit Hierosolyma misericordiam ab amicis & vicinis populis, à quibus auxilium petiuit: sed nullus fuit, qui ei opem ferret, qui eam ab obsidione eriperet, & dolore leuaret.

**Esai. I.** Extendere siue expandere manus est preces fundere, & praesidium postulare. Id indicat Esaias capite primo, vbi Iudaeis impijs Deum obsecrantibus dixit ipse Deus: Cùm extenderitis manus vestras, auertam oculos à vobis: & cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim vestrae sanguine plene sunt.

**Exo. 17.** At cùm pius Moses leuaret manus, vincebat Israël: vt capite decimosextimo Exodi est literis mandatū. Manus enim illae, quas iustus vir ad caelum extollebat, contentione orationis significabant. Extendere etiam manum ad aliquem est illum vocare. Vocauit Hierosolyma amicos, cum quibus erat foedere coniuncta, sed eam audire noluerunt. Vel extendit manus ad Deum illum vocans & obtestans, vt eam à Babylonijs liberaret: sed id ita peccatis eius exigentibus diuinam non sensit consolationem. Aequum fuit, vt quae Deum illam vocantē, & ad eam manus extendentem neglexit audire, ipsa postea Deum vocans, ad illumque manus extendens non inueniret consolantem nec respondentem. Ipse enim Deus capite Prouerbiorum primo: Vocauit, inquit, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret. Desperastis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsanabo, cùm vobis id quod timebatis, aduenierit: cùm irruerit repetita calamitas: quando venerit super vos tribulatio & angu-

stia. Capite quinto harum lamentationū **Infrà 5.** ait Ieremias: Aegypto dedimus manū, & Assyrijs. Sed ibi dare manum est inire foedus & subiectionem promittere, hinc autem expandere manum est vocare, & auxilium petere. Caeterum pro expandit manus suas: poteris etiam vertere: Fregit manibus suis. Ac tunc erit sensus: Ipsa Hierosolyma in monte Sione sita sibi met fregit panem manibus suis, neminem habens qui illum frangeret ipsi. Solent enim consolatores frangere & porrigere cibum illis, qui in luctu & lachrymis versantur. Significat his verbis, neminem habuisse, qui eam consolaretur.

*Mandauit dominus aduersum Iacob in circuitu eius hostes eius.* Id est, iuste voluit Deus, vt venirent Chaldaei aduersus Hebraeos, qui ideo vocantur Iacob, quia ab illo originem ducunt: vt essent in circuitu eius: hoc est, vt eos obsiderent, & oppugnant. Vel ideo dicit, in circuitu eius, quia hostes Hierosolymae qui habitabant in circuitu eius venerunt cum Chaldeis aduersus illam.

*Facta est Ierusalē quasi polluta menstruis.* Ad quā scilicet nemo accedit. Hoc ideo ait, quia Aegyptij amici eius noluerunt ei opem ferre, ne accedere quidem ad illam. Vel comparat se cum muliere menstruis contaminata, quia hostes eius illa sanguine, cadibus, & flagitijs polluerunt. Vel tantam ait esse miseriam suam, vt eam hostes vilem, pollutam, & execrandam reputarent. Quot nominibus appellata quondam fuerit Ierusalem, diximus in commentarijs in primum caput Danielis. De eius acceptionibus vide **Origenem** in Iosue homilia. 21. & in Cantica homilia. 3. & in Ezechielem homilia. 5. **Hieronimum** in Esaiam. 49. **Cyrillum** de ado-

**Hieron.**  
**Cyrill.**

COMMENT. IN LAMENT. IEREM.

Arnob. de adoratione Spiritus sancti, Arnobiū  
 Rupert. in psalmum. 78. & 121. Rupertum. 7. de  
 Venet. diui. Offic. Georgium Venetum in Har-  
 monia cantu primo, tomo. 7. capite. 32.  
 ¶ *Iustus est dominus, quia os eius ad iracū-  
 diam prouocauit.* Sensus est: Deus qui mi-  
 hi pœnam hanc inflixit, iustus est: & ego  
 meritò hæc patior, quia eum ad iracun-  
 diam meis sceleribus laceſsiui. Idem di-  
 cebat Dauid psalmo. 118. Iustus es domi-  
 ne, & rectum iudicium tuum. Et Daniel  
 Dani. 9. capite nono: Iustus dominus Deus no-  
 ſter in omnibus operibus suis, quæ facit.  
 Idem est, os domini ad iracundiam pro-  
 uocauit, atque ipsum dominum ad iram  
 laceſsiui. O enim Dei accipitur pro ipſo  
 Eccl. 24. Deo, vt capite Ecclesiastici. 24. Ego ex  
 ore altissimi prodiui. Verba sunt filij  
 Dei, qui ex altissimo Deo procedit. Vel  
 ideo Hierosolyma dicitur os domini ad  
 iracundiã prouocasse, quia nec eius ver-  
 ba voluit audire, nec eius præcepta ser-  
 uare. Quam ob causam ipſe Deus apud  
 Iere. 35. Ieremiam capite. 35. Populus iste, inquit,  
 non obediuit mihi: idcirco hæc dicit do-  
 minus exercituum, Deus Israël: Ecce ego  
 adducam super Iudam, & super omnes  
 habitatores Ierusalem vniuersam affli-  
 ctionem, quam locutus sum aduersus il-  
 los: eo quòd locutus sum ad illos, & non  
 Theod. audierunt. Vnde Theodoretus hæc ver-  
 ba: os eius ad iracundiam prouocauit, in-  
 terpretatur: latas ab eo leges transgressa  
 sum. Potest tota hæc oratio ita explana-  
 ri: Iurè hæc patior, quia meis flagitijs iu-  
 dicem iustum & natura clementem cõ-  
 puli duram contra me ore suo ferre sen-  
 tentiam. Sed quia os domini accipitur  
 aliquando pro diuino vate, per quẽ tan-  
 quam per os Deus loquitur: vt capite no-  
 Iosue 9. no Iosue: Os domini non interrogaue-

runt: Et Esaiæ trigesimo: Os meum nõ  
 interrogastis: fortasse hoc loco per os do-  
 mini intelligitur Ieremias, quem Hie-  
 rosolyma audire recusauit. Tunc os do-  
 mini laceſsiuit, quando diuinum vatem  
 contempſit, & grauibus contumelijs af-  
 fecit. Vel per os domini eius voluntas ſi-  
 gnificatur. Nam capite Genesis. 24. vbi  
 nos habemus: vocemus puellam, & que-  
 ramus ipsius voluntatem: est in Hebræo:  
 Vocemus puellam, & interrogemus os  
 eius. Membra humana, sicut humani af-  
 fectus tropicè Deo ascribuntur, nõ pro-  
 priè: nam incircunscriptũ lumen & im-  
 mensa maiestas nullis lineamentis cor-  
 poris circunſcribitur. Aspicias quàm va-  
 riè possit accipi os domini hoc Ieremię  
 loco, si hoc ad Hierosolymæ euerſionẽ  
 per Babylonios intelligatur. Sed graues  
 authores aiunt, his lamentationibus de-  
 plorasse Ieremiam non solum præteri-  
 tam vastitatem per Babylonios, sed etiã  
 futuram per Romanos. Hac ratione du-  
 ctus diuus Augustinus in libro de essen-  
 tia diuinitatis, per os domini hoc loco in-  
 telligit Christum Deum nostrum, quẽ  
 Iudæi crudelissimis iniurijs lacerarunt:  
 quam ob causam exitium sibi cõflarunt,  
 & ciuitatem suam funditus euerterunt.  
 ¶ *Audite obsecro vniuersi populi, & vi-  
 dete dolorem meum.* Prouocat omnes ad  
 misericordiam sui, inuitans illos ad au-  
 diendam & videndam ipsius calamitatẽ.  
 ¶ *Vocauit amicos meos, & ipsi deceperunt  
 me.* Vocauit Ægyptios mihi fœdere cõ-  
 iunctos, & alios, qui me vnicè diligere vi-  
 debantur, vt mihi opem ferrent, & à Ba-  
 bylonijs liberarent: ipsi autem fefellerunt  
 me. Permisit ita Deus, quoniam ipſe præ-  
 ceperat Iudæis, ne cum gentibus infide-  
 libus haberent familiaritatem: id quod  
 illi

Exo. 3.  
 Num.  
 Deut.  
 Pagni.  
 Leui. 11.  
 Eusebi.  
 Ilychi.  
 Radul.  
 Clem.  
 Similit.  
 do.  
 Eccle.  
 Simili.  
 I. Cor.

Exo. 34. illi seruire noluerunt. Capite Exodi. 34. dicebat Deus populo Israelitico: Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias. Et Numerorum. 16. Recedite à tabernaculis hominum impiorū, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent: ne inuoluamini in peccatis eorū. Et Deut. 12. Cū habitaueris in terra earū, caue, ne imiteris eas. Subaudi gétes idolorū cultrices. Pro quo paraphrasis Chaldaica habet: Caue tibi, ne offēdas post eas. Potest etiā verti: Caue, ne illaqueeris illis. Aut vt transtulit Pagninus: Caue tibi, ne illaquees te post eas. Vbi vides esse iniquorū familiaritatē pestiferū laqueū. Id quod De<sup>o</sup> præcepit Hebræis cap. 11. Leuitici, ne tangerent animalia cōtaminata: interpretatur Eusebius Cæsariensis lib. 8. euangelicę præparationis, de improborū hominū familiaritate & consuetudine. Qui autē sint homines, qui illis animalibus significentur, Isychius Hierosolymitanus, & Radulphus Flauiacensis in cōmentarijs in Leuiticum, & Clemens Alexandrinus in quinto Stromatum sapienter explanarunt. Quemadmodum qui manibus terit atque tractat carbones extinctos, etiā si candidas habeat manus, eas tamen polluit & contaminat: sic qui familiaritate complectitur homines improbos scelerum maculis inustos: tametsi virtutū nitore antea fuerit insignis, in labes tamen animi & impuritatem incurrit. Ait enim Ecclesiasticus cap. 3. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Vt exiguum venenum totam potionem alias salutarē deprauat: sic solus vnus homo totam rempublicam euertit. Est veluti pestilens aer, qui tametsi exiguus in totam regionem pestilentiam diffundit. Ac vt verbis vtar apostoli in priore ad Corinthios, modicū

fermentum totam massam corrumpit. Si stella illa, quam vocant caniculam, cūm est Soli coniuncta, illum inficit, eiusque calorem auget: dicta canicula, quod corpora hominum morbo afficiat, & nimio calore mordere videatur: quid miraris, si vnus deprauatus homo totam rempublicam perturbet? Atqui si vnus hoc efficit, quid facient multi? Ideo Iudæi Samaritanorum familiaritatē declinabant. Ait enim diuus Ioan. cap. 4. sui euangelij dixisse Samaritanam Christo: Quomodo tu Iudæus cūm sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? Non enim coūtūtur Iudæi Samaritanis. Quēadmodū taxus sola vmbra necat dormientes, vt Dioscorides ait: ita impius familiaritate & contagione inficit, & perdit incautos. Ideo ait psalmographus: Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Vt hædera si arborem declinet, nihil ei affert detrimenti, sin eam amplexatur, mirum in modum ei nocet: sic impuri & facinorosi homines si à te fuerint alienati, nō te lædent, sin autem te familiaritate cōprehenderint, senties eos noxios & pestilētes. Nam vt Salomon ait capite Prouerborum. 16. Vir iniquus lactat amicum suū, & ducit eum per viam non bonam. Vbi lactare idem est quod decipere, & blandis verbis allicere, vt eum possit ad vitia incitare. Quare perditorum hominū familiaritatem, & omnia, quę nocitura videntur, fugere debemus: obsunt enim morum & sermonū corruptelis, tetrasque labes, & animo, & nomini nostro inurunt. Præterea non sunt amici nisi ad tēpus, quorum amicitia in vtilitate propria cōsistit. Vt locustæ & nōnullę aues tēpore verno & æstiuo præsto sunt, frigore pulse recedūt: sic falsi fictique amici trāquillo p-

peritatis tempore apparét: sed simulatq;  
rerum aduersarum hyemem vident, de-  
uolant, & fugiunt. Nam cum apud ipsos  
utilitas amicitiam conglutinet, eam cõ-  
mutata dissoluit. Est amicus socius mēse,  
Eccle. 6. inquit Ecclesiasticus cap. 6. & non perma-  
nebit in die necessitatis. Inconstantes &  
perfidii amici sunt, qui amicitia cõmodo  
metiuntur, cuius spe adempta statim ab  
amicitia recedunt. Huiusmodi fuerunt,  
qui Hierosolymam amore prosequi vi-  
debantur. De illis ait hoc loco: Vocavi  
amicos meos, & ipsi deceperunt me. Ostē-  
dit hic locus spem nostram non esse in  
mundo figendam, sed in Deo: de quo ca-  
nit David psalmo. 45. Deus noster refu-  
gium & virtus, adiutor in tribulationi-  
bus, quæ inuenerunt nos nimis. Mundi  
auxilium vocat Esaias capite. 36. baculū  
arundineum, qui facilè frangitur, & ma-  
nus vulnerat, quo niti haud quaquā de-  
bemus. Ait enim Ieremias cap. 17. Ma-  
ledictus homo, qui confidit in homine.  
¶ *Sacerdotes mei, & senes mei in urbe cõ-  
sumpti sunt, quia quæsierunt cibum sibi.* Ex-  
aggerat Hierosolyma famem & inopiã,  
qua laborabat. Nam sacerdotes quibus  
non deberet deesse victus, cum etiã Pha-  
rao tempore famis Ægypti illis alimen-  
ta ministrauerit, vt in libro Genesis scrip-  
tum legimus, tẽpore expugnationis Hie-  
rosolymæ per Chaldæos fame perierunt.  
Similiter & senes inedia consumpti ex  
vita demigrarunt. Id prædixerat his ver-  
bis Esaias. 5. Nobiles perierunt fame.  
¶ *Vt refocillarent animas suas.* Hoc est, ad  
sustentandam vitam: ac si dicat: non de-  
licias & epulas exquisitas, sed aliquid ad  
vitæ necessitatem quæsierunt. Fortasse  
vertit hoc vitio sacerdotum & præsidū,  
quorum vnusquisque sibi, non autem

populo cibos quærebat. De illis ait Eze-  
chiel capite. 34. Væ pastoribus Israel, qui  
pascebant semetipsos. Nonne greges à  
pastoribus pascuntur? Bonus pontifex  
est pelicanus, qui proprio sanguine filios  
reficit & sustentat: pro quorum salute  
vitam amittit: iuxta id quod ait pastor  
cœlestis apud Ioannem decimo: Bonus  
pastor animam suam ponit pro ouibus  
suis. Vbi anima accipitur pro vita, quæ  
propter Deum est periculis exponenda,  
cum opus fuerit. Quemadmodum plu-  
ris æstimanda est fulgentissima annuli  
gemma, quam annulus ipse sine illa: sic  
pluris faciendã est anima ad similitudinẽ  
Dei creata, & immortalitate munita,  
quàm corpus terrenum & caducum, vbi  
illa continetur.

¶ *Vide domine, quoniam tribulor.* Apostro-  
phe est ad Deum, quem vult ad miseri-  
cordiam prouocare. Ostendit ad illũ esse  
in omni dolore & calamitate confugi-  
endum.

¶ *Conturbatus est venter meus.* Hoc est,  
conturbata sunt viscera mea. Poteris per  
ventrem intelligere cor: nam volens sig-  
nificare, quid per ventrẽ intelligeret, ad-  
didit: Subuersum est cor meum. In ean-  
dem significationem accipitur quarto  
capite Ieremiæ: Ventrem meum ventrẽ  
meum doleo. Sicut enim proles in vtero  
concepitur, ita in corde cogitatio.

¶ *Foris interficit gladius, & domi mors si-  
milis est.* Extra domum est gladius inimi-  
ci iugulans, domi autem est fames instar  
mortis interficiens. Vel ita: foris est ho-  
stis immanis, in animo autem vehemẽs  
dolor & timor. Ita diuus Paulus capite. 7.  
epistolæ 2. ad Corinthios: Cum venis-  
semus Macedoniã, nullam requiẽ habuit  
caro nostra: foris pugnae, intus timores.

¶ *Andie-*



**¶ Audierunt, quia ingemisco ego: & non est, qui consoletur me.** Audierunt Ægyptij, & alia nationes mecum foedere coniunctæ gemitus meos, & nullum mihi perfugium præbuerunt: nulla in re me mœrore leuarunt. Si verè fuissent amici, Deumque timuissent, non tam impie Hierosolymam derelinquerent. Nam vt **Iob. 6.** Iob ait capite. 6. Qui tollit ab amico misericordiam, timorè domini derelinquit. At fidelis amicus nunquam amicum deserit: sed in medijs calamitatibus opitulatur illi, aut certè eum aliqua cõsolatione permulcet. Ideo ait **Ecclesiasticus. 6.** Amicus fidelis protectio fortis: qui inuenit illum, inuenit thesaurum. Pulegium iuxta **Dioscoridis** sententiam vtile est ad morsus serpentium venenatorum, & ad animi defectiones: & brumali tempore quando alia exarescunt plantæ, florescit. Idem ait etiam **Plinius**: & temporis florescendi meminit **Cicero** in libro de diuinatione. Ita verus amicus est utilis ad calamitates ab impijs illatas hominibus penitus auferendas, aut vtcunque leuandas: & medetur cordis defectionibus: & in medio hyemis procellarum & dolorum, quando alij viriditatem amittunt, silent, & fugiunt, ipse florescit, loquitur, & integer apparet. At amici Hierosolymæ eam in gemitu & mœrore versantem deseruerunt.

**¶ Omnes inimici mei.** Audientes hostes mei perniciem meam fuerunt lætitia affecti, quòd tu domine me deserueris. Huiusmodi est illud **Dauidis psal. 70.** Qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum dicentes: Deus dereliquit eum: persequimini, & comprehendite eum, quia non est, qui eripiat. Verba illa: Qui custodiebant animam meam, idè

valètatque: Qui insidiabantur vitæ meæ. **¶ Adduxisti diem consolationis, & sicut similes mei.** Ponitur præteritum pro futuro more prophetarum, qui ad certam suorum verborum veritatem significandam verbis præteriti temporis saepe vtuntur. Sensus est: adduces tu domine tempus consolationis meæ, & exitij illorū: & tunc similes mei erunt: quemadmodum ego nunc in miseria versor: sic illi tunc in miseria versabuntur. Perpende, quàm impium sit afflictorum pernicie lætari: quādo quidem eam ob causam permittit Deus, vt qui insultant calamitosi, in similes incidant calamitates. Et ita fit, vt patientia iustorum coronetur: & impietas improborū puniatur. Id voluit apostolus significare capite. 1. epistolæ secundæ ad Thessalonicenses, cum ait: Si iustum est apud Deum retribuere retributionem his, qui vos tribulant: & vobis qui tribulamini, requiem nobiscum. Vbi particula, si, accipitur pro siquidem: & retributio pro afflictione: nam **Græci** codices habent *ὅλι + ἡ*, hoc est calamitatem, seu afflictionem. Potest hic **Ieremiæ** locus ita explanari: Adduxisti domine **Babylonij** tempus consolationis & lætitiæ: sed veniet tempus exitij eorum, & tunc gerent mei afflicti status similitudinem: nunc ob partam victoriæ lætantur: sed futurum est, vt vincantur, & tunc mœrore afficientur. Pro, consolationis, poteris etiam vertere, prædictionis, vt sit sensus: Adduxisti tempus, quod per diuinos tuos vates prædixeras, vt hostes nostri ingrederentur templum, quemadmodum nos **Israëlitæ** ingrediebamur. Harum explanationum prima videtur rectior & germanior: & verbis sequentibus accommodatior.

n  
Tau.

**¶ Ingredietur omne malū eorum coram te.**  
Hoc est, intro eant domine in conspectū tuum omnia Babyloniorum flagitia, vt eos mulctes debitis supplicijs. Petit à Deo non ob vltionem, sed ob iustitiam, vt impios puniat, & memor eorum scelerum in illos animaduertat. Ita David psal. 108 aduersum impium loquens: Episcopatū eius, inquit, accipiat alter. Et paulò post: In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini, & peccatū matris eius non deleatur. Sint contra dominū semper, & dispareat de terra memoria eorum. Vbi particula contra, idem est quod coram: vt sit sensus: Sint peccata illa semper coram Deo, ne illa vlcisci, eorumq; pœnas expetere obliuiscatur. Sed tam ea quæ hic ait Ieremias, quàm quæ ait psalmo illo David, vaticinationes sūt, & nō deprecationes aut execrationes. Saltem de verbis Davidis nulla est dubitatio: nam diuus Petrus apostolus capite. 1. Actorum apostolorum ea de Iuda proditore interpretatur, de quo asserit prædicta fuisse: ita enim ait: Oportet impleri scripturam, quam prædixit spiritus sanctus per os Davidis de Iuda. Non igitur David perniciem deprecabatur alicuius, sed de illa quam Iudas erat perpessus, vaticinabatur. Eodem modo multa alia loca diuinorum vatum intelliguntur. Qua de re vide Hieronymum in cōmentarijs in hunc Ieremiæ locum, Anacletum summum pontificem epistola secunda, Augustinū de sermone domini in monte, Euthymiū in titulū psalmi. 108. Thomam Aquinatem. 2. 2. q. 83. art. 8. Simili modo Ieremias hoc loco prædicat Babyloniorū exitium, de quo etiam alijs in locis vaticinatus fuerat. Ideo ait: Ingredietur omne malum Chaldaeorū coram te,

Hieron.  
Anaclet.  
August.  
Euthy.  
Thom.

& destrues illos. Vbi malū accipitur pro malo culpæ: hoc est pro peccatis. Vel pro malo pœnæ, quod Chaldaei Hierosolymæ intulerunt.

**¶ Vindemia eos, sicut vindemiaſti me.** Hoc est affliges eos propter eorū scelera, quæ admodum me propter mea afflixisti. Ponitur imperatiuus modus pro futuro indicatiui. Accipi vindemiare pro affligere ostendimus suprā versum illū explanantes: Quoniā vindemiauit me dominus. Reddens autē hīc Ieremias causam, quare Babylonij essent affligēdi: quia, inquit, multi gemitus mei. Hoc est, quia ipsi me crudeliter vexarunt, suntque causa meorum gemituum & dolorū. Ideo eorū ciuitatem euertes. Hoc accidit tēpore regis Balsaris, vt ait Daniel cap. 5. Tunc enim cūm Babylon summa mūdi potiretur felicitate, fuit à Persis & Medis oppugnata & euersa, & eius rex interfectus, & ciues laniati, & acerbissimis calamitatibus affecti. Vt arbores si quando præter opinionē vberriimos fructus ediderint, solet statim exaresci: sic vita præter morem fœcūda, honoribus & diuitijs inopinatis affluens perniciem eminere sæpenumero significat. Docet hic locus, Deū in eos animaduertere, qui alios affligunt, eosq; eadem perniciem mulctare, quam ipsi alijs machinantur. Id intelligens diuinus citharæcedus ait psal. 7. Arcum suum tetendit, nimirum Deus, & parauit illum: & in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit. Vasa mortis sunt funestæ sagittæ, exitia, & acerbæ calamitates, quibus Deus vulnerat ardentes, hoc est illos, qui odio ardēt, & viris iustis exitium molitur. Quare verba illa: Sagittas suas ardentibus effecit: verti etiam possunt: Sagittis suis ardentes transfixit.

Supra.  
Danis.  
Similitudo.  
Ps. 17.  
Esai.

Obscr-

Observationes ex Hebræo in primam lamentationem.



O quod non sint, qui veniant ad solennitatem. Pro solennitate est in Hebræo מוהד Mohedh, à verbo יאחא hadh, quod significat parare, testificari, cōgregare, constituere tēpus, seu convenire ad tempus constitutū. Vnde Mohed significat apparatus, solennitatem, testamentum, congregationem, tempus constitutum, sepulchrum, terminum, diem festum, & templum, vbi omnes

congregantur. Capite Exodi. 9. vbi nos habemus: Constituitque dominus tempus, dicens: Cras faciet dominus verbū istud in terra. Pro, tempus, est in Hebræo nomen hoc Mohedh. Pro quo Septuaginta verterunt ὄρος, hoc est terminum. Posuit nanque Deus certum tempus cōstitutum. Capite. 24. libri secundi Regū, vbi vulgata editio habet: Immisitque dominus pestilentiam in Israël de mane vsq; ad tempus constitutum. Pro, constitutum, est in Hebræo vocabulum hoc Mohedh. Vnde quidam vertūt: Vsq; ad tēpus solennitatis vespertinae: nam tempus illud quo fiebat sacrificium vespertinum, tempus constitutum vocabatur. Et quoniam vocabulum hoc significat congregationem, & qui per civitatem dispersi erant, solebant tempore prandij in domicilijs suis congregari, verterunt Septuaginta: Dedit dominus mortem in Israël à mane vsque ad horam prandij. Illud Esaiæ. 14. Sedebo in monte testamenti: potest transferri: Sedebo in monte congregationis. Mohedh enim, vt diximus, & testamentum significat, & congrega-

tionem. Ac si dicat: Sedebo in monte Sione, vbi est templum, quò omnes conveniunt ad sacrificia faciēda, & diuinas laudes celebrandas. Pagninus transtulit: Sedebo in monte ecclesiae: & rectè quidē, ecclesia enim cōgregatio appellatur. Sed recta est & excelsa lectio versionis nostrae vulgatae: nam in templo illo seruabatur liber diuinæ legis, quæ illic docebatur, quæ dicitur testamentum Dei. Ac in tēplo illo docuit Christus Deus noster novum testamentum, quod egressum de Sione fuit latè longēque per diuersas mūdi oras propagatum. Et impletum fuit illud Esaiæ capite. 2. De Sion exhibit lex, & verbum domini de Ierusalem. Quare mons Sion vbi templum Dei erat situm, mons testamenti meritò vocatur. Potest etiam verti locus ille: Sedebo in monte solennitatis. Hoc est, in monte templi, vbi solennia celebrantur. Vel in monte constituto. In hanc significationem accipitur Mohedh capite. 30. Iob: Scio, quia morti trades me, vbi constituta est domus omni viuenti. Sed quoniam nomen hoc sepulchrum significat, vbi congregantur mortales, potest verti locus ille: Scio te esse me traditurū morti, vbi sepulchrum est domus omni viuenti. Vel & sepulchro, vbi est domus omni viuenti. Vbi vides sepulchrum esse omnium hominum domicilium. Et vt dicitur in psalmo. 48. Sepulchra eorum domus eorum in æternum. Accipitur pro tempore apud Daniele. 12. Per tempus, & tempora, & dimidium temporis. Hoc est per tres annos cum dimidio: nam per tempus significatur annus vnus, per tempora duo anni, per dimidium tēporis anni dimidium. Hoc nomine vtitur quoque Ieremias secunda

COMMENT. IN LAMENT. IEREM.

lamentatione, pro quo Latinus noster interpretis vertit, festiuitatem, dicens: Oblivioni tradidit dominus in Sion festiuitatem & sabbatum. Et psalmographus **Psal. 73.** psalmo. 73. pro quo nos habemus solennitatem: Gloriantur sunt, qui oderunt te in medio solennitatis tuæ: posuerunt signa sua signa. Quibus verbis populus Hebræus deplorat incēdium templi, vastationem Hierosolymæ, & Babyloniorum victorias, qui cūm Deum odissent, gloriabātur adēpta victoria in medijs solennijs & sacrificijs, quibus Hebræi diuinas laudes concinebant. Et ponebant signa sua signa: Hoc est vexilla & trophæa suarum victoriarū erigebant. Pro in medio solennitatis tuæ, poteris vertere: In medio templi tui. Eodem modo hoc loco Ieremiæ: Viæ Sion lugent, eo quòd nō sint, qui veniant ad solēnitatem: pro, solennitatem, poteris templum transferre: vt sit sensus: Lugent viæ Sionis, quòd non sint, qui se conferant ad templum, quod iam ruit, & incendio flagrauit. Destructo enim templo, & Iudæis partim mortuis, partim in exilium missis, viæ Sionis ad templum quondam ducentes plorare præ mœstitia videbantur.

¶ *Inimici eius locupletati sunt.* Pro locupletati sunt in Hebræo est **שלו** Xalu, à verbo **שלה**, Xalah, quod significat in pace esse, prosperum esse, quiescere, errare, obliuisci, abundare. Vnde Septuaginta transtulerunt: Inimici eius **εὐθινοῦσιν**, hoc **Pagnin.** est abundant. Et Pagninus: Inimici eius prosperati sunt. Quidam vertunt: Feliciter habent: quod idem est. Verti potest. Hostes eius obliuiscuntur, nimirum Dei: magna enim mundi prosperitas solet Dei obliuionem generare. Id indi-

**Gene. 41** cant nomina duorum filiorum Ioseph,

quorum vnus vocatus est Ephraim, hoc est incrementum & abundantia, alter Manasses, hoc est obliuio. Hæ enim duæ res sunt plerumque copulatæ, nempe nimia prosperitas, & Dei, ac propriæ fragilitatis obliuio. Ab hoc verbo est illud psalmi. 29. Ego dixi in abundantia mea: **Psal. 29** non mouebor in æternum. Pro quo alij vertunt: Ego dixi in prosperitate mea. Potest verū: Ego dixi cūm quietus essem: vel cūm felicitatis potirer. Ac si dicat: cūm omnia mihi prospera cederent, & ad voluntatem fluerent, dixi apud me, nihil esse, quod me posset de illo florente rerum statu deijcere. Sed spem illam & cogitationem meam variij casus fefellerunt. Nam cūm tu domine paulisper auertisti à me oculos misericordię tuæ, statim sensi incredibilem rerum mearum mutationem. Potest verti locus ille: Ego dixi in errore meo: non mouebor in æternum. Vel in obliuione mea. Ac si dicat: Ego demens, mundi varietatis & vicissitudinis oblitus existimabam nihil esse, quod me posset labefactare, & de felicitate mea dimouere: sed planè deceptus eram. Ab hoc etiam verbo est illud capitis. 16. Iob, pro quo **Iob. 16.** nos habemus opulentus: Ego ille quondam opulentus repente contritus sum. Ac si dicat Iob: Ego qui olim locuples, quietus, diuitijs & honoribus affluens eram, repente decidi, & fui de prosperitate deiectus. Idem accidit Hierosolymæ, quæ ad maiorem sui mœroris cumulum videbat inimicos suos quietos, locupletes, lætitia gestientes, honoribus florentes, omni prosperitatis genere abundantes.

¶ *Facti sunt principes eius veluti arietes nō inuenientes pascua.* Pagninus habet: Fecerunt **Pagnin.**

runt principes eius velut cerui, qui non inuenerunt pasqua. Et ita vertunt nonnulli alij. Comparantur magnates Hierosolymæ in illa vastatione ceruis timidis, qui formidine debilitatur. Vel ob eorum fugam à ciuitate: narrat enim diuina scriptura. 4. libro Regum, & ultimo capite Ieremie, regem & magnates in bello illo metu perterritos se in fugam contulisse. Est enim perspicuum, eos qui timore perculsi fugiunt, per ceruos hieroglyphicè significari. Eam ob causam Achilles apud Homerum volens ignauiam Agamemnonis obiurgare, cum ait cor habere ceruinum. Hinc egregium illud Chabriæ Atheniesium ducis apophthegma, quod Philippus usurpare solebat, formidabiliorè esse ceruorum exercitum leone duce, quam leonum duce ceruo: ut refert Plutarchus. Quare non ineptè Pagninus cum nonnullis alijs pro arietibus hoc loco ceruos traxerunt. Præsertim cum in Hebraico sit nomen <sup>ארי</sup>, quod & ceruum significat & arietem, puncto quodam mutato. Sed Septuaginta nobiscum arietes legunt, qui cum pastum non inueniunt, fragiles ac stupidi redduntur. At iuxta aliam considerationem aries Christi imaginè gerebat, ut capite. 22. Genesis, ubi Abraham arietem inter vepres hærentem cornibus vidit, quem in monte illo immolauit. Simili modo ceruus, de quo ait sponsa ultimo verso capitis secundi Canticorum: Reuertere: similis esto dilecte mi capree, hinnuloque ceruorum super montes Bether. Sponsa filium Dei vocauit, ut de cœli fastigio descenderet ad terram, & naturam sumeret humanam, cum diceret: Osculetur me osculo oris sui. Et iterum: Veniat dilectus meus in hortum suum. Sed peractis redemptionis humanæ mysterijs, illum orat, ut ad cœ-

lum vnde exierat, reuertatur. Hinc voces illæ: Fuge dilecte mi. Et illæ: Reuertere: similis esto dilecte mi capree, hinnuloque ceruorum super montes Bether. Bether enim idem est quod diuisio, quo nomine appellatur cœlum, quod mortales diuidat ab immortalibus. In quibusdam codicibus pro Bether loco illo est Bethel: sed vitium est typographorum. Verba sunt sponsæ de Christi in cœlum ascensu: de quo ipse dicebat apud Ioannem: Expedi vobis, ut ego vadam. Cum enim figurarum omnium perfectissima sit circularis, voluit Christus illam conficere. Descendit de cœlo, sumpsit humanam naturam, natus est ex virgine, ostendit viam ad vitam immortalem tendentem, immolatus in crucis ara omnia peccata nostra sanguine suo purissimo deleuit, rediit ad vitam, & tandem ascendit in cœlum, vnde descenderat, efficiens admirabilem circulum, qui ibi vnde incipit, finitur. Et ibi sedet ad dexteram patris. Ita enim ait diuus Marcus: Dominus Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum: & sedet à dextris Dei. Assumptus est non aliena virtute, sed propria: ac versus Orientem: iuxta illud diuini vatis: Ascendit super cœlum cœli ad Orientem. Tunc impletum est illud cœlestis citharœdi: Ascendit Deus in iubilo, & dominus in voce tubæ. Et illud: Eleuata est magnificentia tua super cœlos. Et illud Michæ: Ascendit pandens iter ante eos.

**¶ Propterea instabilis facta est.** Pro, instabilis, est in Hebraico: <sup>לנידח</sup> Lenid-hah, à verbo <sup>נדח</sup> Nudh, quod significat mouere. Quam ob causam Septuaginta verterunt <sup>ἐκείθεν</sup>, hoc est in comotionem,

al. 29

4 Re. 35. Iere. 52.

Homer.

Plutarc.

b. 16.

Gene. 22

Cant. 2.

Cant. 1.

Cant. 5.

gnin.

Cant. 8.

Cant. 2.

Ioan. 16.

Mar. 16.

Psal. 67.

Psal. 46.

Psal. 8.

Mich. 2.

Mich. 2.

COMMENT. IN LAMENT. IEREM.

seu in vacillationem. Id quod rectè Latinus noster interpres expressit hoc nomine, instabilis. Ac si diceret, non stetit firma, & quieta, sed fuit mundi fluctibus exagitata, & eius tranquillitas in perturbationem conuersa. Vnde Nodh idem est quod fluctuatio, & fluctuans, & profugus. Hoc vocabulo vtitur Moses capite quarto Genesis, pro quo noster vulgaris interpres vertit, profugus: ita enim habet: Egressusque Cain à facie domini habitauit profugus in terra. Pro quo Septuaginta habet. Habitauit in terra. Et alij: Habitauit in terra Nodh. Hoc est in terra fluctuante, seu fluctus, seu cōmotionis. Aut ipse fluctuans habitauit in terra. Impij enim nō cœlorum ciues, sed terrę habitatores nuncupantur: & nō quieti & tranquilli, sed instabiles & perturbati dicuntur. Cū enim se à Deo separent, confestim agitantur fluctibus seculi: & moti ab Oriente turrim scelerū aduersus Deum, & impia dogmata conficiunt. Sed confunduntur, quia volunt inuito Deo in cœli fastigium penetrare. Aspicias ex peccato ortam esse instabilitatem, & ex ea confusionem. Nā ex vno malo nascuntur alia. Id quod nos habemus psalmo nono: Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore: potest etiam verti: Parient viæ eius in omni tempore. Nā ex vna procedunt aliæ: quemadmodum ex vno bono alia bona. Id quod est capite quinto Iob: Nihil permanebit de bonis eius: potest transferri: Nihil parient bona eius. Sunt enim bona quæ pariunt alia bona, quemadmodum opes viri iusti, ex quibus elemosynæ & alia pia opera dimanant, quæ ex opibus diuitis avari haudquaquam deducuntur. Sed quia Nidhah significat motionem, & qui ali-

quem irridet, solent mouere caput: ideo Pagninus vertit: In derisionem fuit. Et Brixianus: Ludibrio exposita est. Sed quia verbum Nudh significat migrare: potest rectè verti locus hic: Eam ob causam migravit: vt sit sensus: Quia Ierusalé impia scelera admisit, ideo migravit in Chaldæam, eiecta in exilium.

¶ *De cœlo misit ignem, et erudiuit me.* Pro erudiuit, est in Hebræo verbum רדח Radhah, quod significat dominari, conterere, suscipere, & erudire. Hanc ultimam significationem secutus est noster interpres. Pagninus vertit: Et dominatus est ipse ignis. Brixianus: Et scruit in ea. Benedictus: Et dominatus est eis. Potest verti: Et contriuit ipsum: hoc est, vnū quenque ex ipsis Hebræis. Ac si dicat: Misit Deus ex cœlo ignem calamitatis, quo Iudæos multauit. Sed inter omnes has lectiones illa eminet, quam vulgata versio expressit.

¶ *Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius.* Pagninus habet: Ligatum est iugum iniquitatum mearū. Alij habent: Impressum est iugum preuaricationum mearum in manu eius. Sensus est: Vinculum flagitiorum meorum alligatum est in manu Dei, vt illius recordetur. Solent enim qui rem aliquam volunt memoria tenere, ponere signum aliquod in manu, ne illius obliuiscatur. Volens Deus, vt populus Israëliticus perpetuò recordaretur admirabilis exitus ab Ægypto, dixit illi, Exodi tertio decimo: Erit quasi signum in manu tua, & quasi monimentum ante oculos tuos. Et apud Esaiã, 49. Ecce, inquit, in manibus meis descripsite. Quidam hunc Ieremiæ locū ita vertunt: Punctis designatum est, &c. Quod in idem recidit.

¶ *Abstu-*

**¶ Abstulit omnes magnificos meos dominus.** Pro abstulit est in Hebræo verbum **סלח** Salah, quod significat auferre, quâ significationem secutus est noster interpres. Significat etiam calcare & cõtemnere: quam ob causam vertit Pagninus: Calcauit omnes validos meos dominus. Septuaginta nobiscum legunt. Vnde illud psalmi. 118. Spreuisti omnes discedentes à iudicijs tuis: potest verti: Conculcasti omnes declinantes à legibus tuis. Vel abstulisti, nimirum à vita gratiæ & gloriæ, omnes ab institutis tuis aberrâtes.

**¶ Expandit manus suas.** Pro expandere est in Hebræo **פירח** Paras, quod verbũ significat extendere, seu expandere: vt hoc loco: Et Exodi nono: Expandâ palmas meas ad dominum. Idest, orabo, & preces fundam ad Deum. Et psalm. 142. Expandâ manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi. Ac si dicat: Auxilium tuum Deus sancte implorabo: vt enim terra sitiens pluuiâ auidissimè expectat: sic anima mea præsidium tuum. Significat etiam percutere, & discernere, vt psalmo. 67. Dum discernit cœlestis reges super eam, niue dealbabuntur in Selmō. Pro discernit vertunt nonnulli percutit: vt sit sensus: Dum cœlestis rex percuteret reges externos in terra promissionis, congregatio Iudæorũ quæ antea erat nigra ob mœrorem, effecta fuit candida ob lætitiã, & cum niue montis Selmō collata. Sed rectius habet versio vulgata, cuius est sensus: Cùm Deus apostolos suos discernat & constituat reges ac principes super ecclesiam, ita puri ac candidi reddentur fideles, vt cum niue quæ est in monte Selmō possint comparari. Et quia verbum hoc significat percutere, potest hic Ieremię lo-

cus ita transferri: Percussit manus suas: more scilicet mulieris lugentis.

**¶ Mandauit dominus aduersum Iacob in circuitu eius hostes eius.** Pro, hostes, est in Hebræo nomē **אויב**, quod significat hostem, & calamitatem. Pro hoste accipitur hac prima lametatione: Viderūt eam hostes, & deriserunt sabbata eius. Pro afflictione & tribulatione psalmo quarto: In tribulatione dilatasti mihi. Ac si dicat Dauid: Cùm in acerbis doloribus & ærumnarum angustijs versarer, clamaui ad te Deum authorem & iudicem iustitiæ meæ: tu autem me à periculis liberaisti, in tuto & tranquillo collocasti, & viã salutis meæ latam effecisti. Dilatare alicui in tribulatione viam, & campũ, est illum ex angustijs & periculis liberare. Potest etiam ita explanari locus ille: Tu me domine clamantem exaudisti: non quòd mihi auferres calamitatẽ, sed quòd aliud præstantius bonum in me conferres: cor enim meũ mihi dilatasti, & amplum fecisti, vt posset ærumnas omnes toleranter sustinere. Simili modo tribus pueris non extinxit flammam fornacis, sed ardente illa, illi difficultatis molestiã non senserunt. Itaque hæc dilatatio non aufert afflictionem, sed animum amplificat, diuino solatio mulcet, & mirabiliter consolatur. Deriuatur nomen hoc à verbo **אצ** Tsur, quod significat fingere, formare, & figurare: vt psalmo. 138. Tu formasti me: & posuisti super me manũ tuã. Hoc est, tu Deus sancte me in vtero matris meę effinxisti & formasti, & manu tua me totum perfecisti. Fortasse ideo ait: & posuisti super me manum tuam, vt metaphoram sumat ab eo, qui conficit caseum, cui manus imponit, vt illum aptè figuret & cõficiat. Hac enim trãslat-

COMMENT. IN LAMENT. IEREM.

Iob.10. tione vtitur Iob decimo capite, cum ait:  
 Nonne sicut lac mulisti me, & sicut ca-  
 seum me coagulasti? Significat etiã ver-  
 bum hoc affligere, vt capite Exodi. 23.  
 Exod.23 Affligam affligentes te. Vnde nomen  
 Tfar significat afflictionem, & hoste affli-  
 gentem, & generaliter inimicum. Eo vti-  
 tur psalmographus, cum ait: Quos re-  
 demit de manu inimici. Pro quo alij trãf-  
 ferunt: Quos redemit de manu calami-  
 tatis. Illud psalmi. 24. Tribulationes cor-  
 dis mei multiplicatæ sunt: potest verti:  
 Inimici cordis mei multiplicati sunt.  
 Vel inimici cor meum multiplicarunt.  
 Vel afflictiones cor meum roborarunt:  
 vel sursum ferri fecerunt. Ac si dicat: Cor  
 meum non solum depressum non fuit  
 calamitatum magnitudine, quin potius  
 earum pondere instar palmæ sursum se  
 extulit, & constantiam suam mirabili-  
 ter ostendit. Cum autem nomen hoc &  
 hostem significet & calamitatem, potest  
 verti locus hic Ieremiæ: Madauit domi-  
 nus aduersum Iacob calamitates eius, vt  
 illum obsiderent. Populus Iudaicus ap-  
 pellatur Iacob & Israël & circūcisio: an-  
 tea appellabantur homines illi Hebræi:  
 at postea Iudæi dicti sunt ex die, qua ex  
 Babylonica seruitute exierunt, vt ait li-  
 bro vndecimo antiquitatum Iosephus.  
 Sed semper gloriati sunt nomine filiorum  
 Abrahæ, & Israël. Est autem aduertend-  
 um Abram fuisse nomē naturæ, Abra-  
 ham verò mysterij. Iudæi infideles sunt  
 filij Abrahæ, sed nō Abrahæ: illi solum sunt  
 filij Abrahæ, qui sunt fideles, siue sint ex  
 Gentibus, siue ex Hebræis, dummodò in  
 Christum credant: diuus enim Paulus  
 Rom 4. in epistola ad Romanos. 4. eum vocat pa-  
 trem omnium credentium. Et capite. 9.  
 Rom 9. eiusdem epistolæ ait: Non omnes qui ex

Similitudo.

Ioseph.

Rom 4.

Rom 9.

circuncisione sunt Israël, hi sunt Israëli-  
 tæ: nec qui semen sunt Abrahæ, omnes  
 filij: sed in Isaac vocabitur tibi semen. Id  
 est nō qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui  
 filij sunt promissionis, æstimantur in se-  
 mine. Idem etiam dicit capite tertio epi-  
 stolæ ad Galatas. Duplex est Israël, alter  
 secundum carnem, alter secundum spiri-  
 tum, vt colligitur ex capite decimo prio-  
 ris ad Corinthios. Hebræi infideles sunt  
 Iudæi & Israëlitæ & filij Abrahæ secundum  
 carnem: & omnes fideles sunt veri Iu-  
 dæi, Israëlitæ, & filij Abrahæ secundum  
 spiritum. Id significauit Deus, cum di-  
 xit Abrahæ Genesis. 22. Multiplicabo se-  
 men tuum sicut stellas cœli, & sicut are-  
 nam maris. Filij Abrahæ sunt stellæ cœ-  
 li, filij verò Abrahæ arenæ maris.

Argumentum secundæ lamentationis.



est propositum, & vnicus scopus. Quã ob cau-  
 sam argumentis deinceps supersedebo.

Caput secundum.

Quomodo obtexit caligine in furore suo  
 dominus filiam Sion: proiecit de  
 cœlo in terram inclytam Israël: & non est  
 recordatus scabelli pedum suorum in die fu-  
 roris sui.

Pre-

Aleph.



**Beth.** ¶ *Præcipit dominus, nec pepercit, omnia speciosa Iacob destruxit in furore suo munitiones virginis Iuda, & deiecit in terram: polluit regnum, & principes eius.*

**Gimel.** ¶ *Confregit in ira furoris omne cornu Israel: auertit retrorsum dexteram suam à facie inimici: & succendit in Iacob quasi ignem flammæ deuorantis in gyro.*

**Daleth.** ¶ *Tetendit arcum suum quasi inimicus, firmavit dexteram suam quasi hostis: & occidit omne, quod pulchrum erat visu in tabernaculo filie Sion: effudit quasi ignem indignationem suam.*

**He.** ¶ *Factus est dominus velut inimicus: præcipitavit Israel, præcipitavit omnia mœnia eius, dissipauit munitiones eius: & repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam.*


**Vau.** ¶ *Et dissipauit quasi hortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum: obliuioni tradidit dominus in Sion festiuitatē & sabbatum: & in opprobrium & in indignationem furoris sui regem & sacerdotem.*

**Zain.** ¶ *Repulit dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ: tradidit in manu inimici muros turrium eius: vocem dederunt in domo domini sicut in die solenni.*

**Cheth.** ¶ *Cogitauit dominus dissipare murum filie Sion: tetendit funiculum suum, & non auertit manum suam à perditione, luxitque ante murale, & murus pariter dissipatus est.*

**Teth.** ¶ *Defixæ sunt in terra portæ eius: perdidit & contriuit vectes eius: regem eius & principes eius in gentibus: non est lex, & propheta eius non inuenerunt visionem à domino.*

### Explanatio.

**Aleph.**  *Uomodo obtexit caligine. Particula, quomodo, hoc loco admirantis & dolentis est, ut in principio capitis superioris: totaque oratio hæc exclamatio est admirationis dolorisq; ple-*

nissima. Quam ob causam mœstissimus noster vates eandem sententiam repetit sæpenumero diuersis verbis, quæ ei dolor offerebat & ministrabat. Prosequitur Hierosolymæ calamitatem, & euerse vrbs ruinas. Deus qui ei legem tulerat, eamq; summo amore fuerat profecutus: de quo ait Dauid: *Qui annuntiat verbum suum* Psal. 147 Iacob, iustitias & iudicia sua Israël: non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis: Eam in bello Babylonico obtexit caligine ignorantie & mœroris. Permisit enim, ut illa esset tenebris dementie cooperta, & ictibus reru aduersarum lacerata. Obtegere aliquem caligine est illum obscurare, eique tenebras offundere. Sed caligo & tenebræ accipiuntur aliquando pro ignorantia, aliquando pro mœstitia. Pro ignorantia, ut capite. 2. Eccle. 2. Ecclesiasticis: Sapiens oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat. Ac si dicat: Sapiens diligenter videt, quid agendum sit: insipiens verò nihil videt, ambulans errorum caligine circumfusus, ac si non in capite, sed sub pedibus oculos haberet, quibus nihil intueretur. Poteris per caput Christum intelligere, quem diuus Paulus Ephes. 2. & 4. et 5. Colof. 1. in epistola ad Ephes. & in epist. ad Colofenses caput nostrum appellauit. Ut sit sensus, oculos sapientis in Christum respicere, stulti autem in terram: quoniam qui vera sapientia præditi sunt ad cœlum aspirant, stulti verò in tenebris versati solam terram consectantur. Vbi vides nomine tenebrarum ignorantiam significari. Eodem modo psal. 81. ait ita de principibus Psal. 81. & magnatibus insanis diuinus ac regius vates: Nescierunt, nec intellexerunt: in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ. Ac si dicat: cum principes in erroribus versantur, vacillat & fluctuat respu-

COMMENT. IN LAMENT. IEREM.

respublica: nec solum homines inconstantes, sed etiam illi qui ita sunt stabiles, ut cum fundamentis terrae alias immobilibus comparentur, commouentur, & concitantur. Et diuus Paulus cap. 4. epist. ad Ephes. Tenebris, inquit, obscuratum habentes intellectum. Accipi autem tenebras & caliginem pro mœrore & calamitate indicat Esaias cap. 5. cum ait: Ecce tenebrae tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius. Et Iob. 3. Occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine. Quae admodum nomine lucis significatur prosperitas, ita nomine tenebrarum calamitas. Vnde idem Iob cap. 17. Rursum, inquit, post tenebras spero lucem. Eam ob causam Sophonias cap. 1. & Ioel. 2. tempus calamitosum appellant diem tenebrarum & caliginis. His duobus modis fuit obscurata Hierosolyma ob eius scelera, id ita exigente diuina iustitia. Sed proprius loquitur hic Ieremias de caligine & tenebris mœrorum & acerbissimum, quibus ærumnosa ciuitasangebatur. Ac quauis illis nonnulli fortasse peiores redderentur, aliquos tamen credibile est, se ad meliorem frugem recepisse. Ut nerij folium quod alij rhododendrum vocant, capris ac ouibus est venenum, hominibus autem est aduersus venenum ferarum remedium, ut ait Dioscorides: sic calamitas quae hominibus ira & infania concitatis perniciem affert, viris tolerantia & sapientia munitis est medicina salutaris. Ait enim apostolus cap. 8. epistolae ad Romanos: Scimus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Haec est plana & vera huius loci expositio. Verum quoniam Deus fauorem suum solebat ostendere nube & caligine, potest esse sensus horum ver-

borum: Quomodo fauit Deus olim Hierosolymae, tegens eam nube & caligine aduersus æstus rerum aduersarum: sed postea euertit illam. Significari autem diuinum fauorem ostensione nubis & caliginis ostendit diuina scriptura multis in locis. Volens Deus indicare amorem, quo filios Israelis complectebatur, cum eos in terram duceret promissionis, praecedebat eos per diem in columna nubis, ut capite. 13. & 14. Exodi, & psalmo. 77. literae diuinae memoriae prodiderunt. Et capite. 16. eiusdem Exodi gloria Dei apparuit in nube, cum Deus cum Mose loqueretur. Et capite. 19. dixit Deus ipsi Moysi: Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, ut audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi. Volens etiam ostendere placere sibi tabernaculum, operuit illud nube: & ait scriptura cap. 40. Exodi. Operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria domini impleuit illud. Quae sententia refertur etiam Numer. 9. Id effectum est etiam templo Salomonis, ut capite. 8. lib. 3. Reg. & 5. 2. Paralipomenon licet videre. Cum Christus se in monte coram tribus ex discipulis suis transfiguraret in medio Moysi & Eliae, nubes lucida obumbravit eos, ut euangelistae testificantur. Et in Christi domini ascensu in caelum nubes suscepit eum ab oculis discipulorum, ut capite Act. 1. narrat diuus Luc. Aspicias igitur diuinum fauorem per nubem significari. Quare cum Ieremias ait, Deum operuisse nube seu caligine Hierosolymam, vult significare, fuisse illum urbem eam quondam fauore profecutum. At tunc verba haec ita sunt disponenda: Quomodo obtexit caligine dominus filiam Sion: In furore suo proiecit de caelo in terram inclutam Israel! Pro obtexit caligine est

in

Ephes. 4.

Esai. 5.

Iob. 3.

Iob 17.

Sopho. 1.  
Ioel. 2.

Similitudo.

Diosco.

Rom. 8.

Exod. 13.

Exod. 14.

Psal. 77.

Exod. 16.

Exod. 19.

Exo. 40.

Numer. 9.

3. Reg. 8.

2. Para. 5.

Matt. 17.

Mar. 9.

Luc. 9.

Act. 1.

R. da

Pagn

R. Abr  
ham.

Ezec. 1.

Osc. 4.

Iob 21.

in Hebraico ꝑaenicum verbum, quod significat operire nube & caligine, obscurare, & obnubilare. Significat etiam extollere ad nubes, & vsque ad nubes efferre: vt R. dauid ait Rabbi Dauid Chimhi in libro radicū, Pagnin. & Sanctes Pagninus in Thesauro. Quare potest rectè explanari locus hic: Quomodo Deus extulit vsque ad nubes Hierosolymam, & postea in furore suo proiecit illam in terram! Ita hunc locum explanat Rabbi Abraham doctus inter Hebræos, Dicens Ieremias fuisse Hierosolymam summè felicem, exaggerat summam eius infelicitatem. Nam in rebus aduersis nihil est infelici⁹, quàm fuisse felicem. Est igitur sensus: Quomodo extulit Deus Hierosolymā ad honorū, opum & dignitatum fastigium, vt quanto altior esset ascensus, tātō maior esset ruina! Ideo verba hæc in furore suo possunt cū prima parte coniungi. Tunc enim Deus furorē suū in flagitiosos homines ostendit, cū eos permittit ad excelsam, sed falsam mundi gloriā euehi, vt inde ignominiosius præcipitentur. Magna enim ira vtitur Deus, cū ea vti nō videtur, cū in impios non animaduertit: quando eorū scelera non castigat, sed inulta demittit: vt postea durius puniat: quosque ad mundi prosperitatē eius indignos ascendere permittit: vt ex altiore loco dignitatis in infimum ignominie deiiciātur. Eam ob causam dicebat ipse apud Ezechielē. 16. Zel⁹ meus recedit à te, & non irascartibi amplius. Et apud Oseam. 4. Nō visitabo super filias vestras, cū fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras, cū adulteraauerint. Loquens Iob cap. 21. de impiorum prosperitate in hac vita: Ducunt, inquit, in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descēdant. Ac si dicat: Quid illis prodest

mundi felicitas breuis & fallax, cū tandem moriantur, & ad æternos inferorum ignes relegentur. Vel accipitur illic infernum pro sepulchro: & tūc sensus est: Hoc accedit ad eorum prosperitatem, quòd postquā in toto vitæ curriculo rebus vtuntur secundis & ad voluntatem fluētibus, in exitu vitæ non laborant longa & molesta ægrotatione, sed breui morbo affecti ex vita discedunt. Sed quoniam particula pro qua Latinus noster interpret vertit punctum, significat etiam quietē, potest verti locus ille: & in requie ad sepulchrum deducuntur. Ac ita habet paraphrasis Chaldaica. Ac si dicat: tanta est nōnullorum hominum sceleratorū prosperitas, vt non solum in pace viuant, sed etiam in pace moriantur. Sed eorum felicitas cum flagitijs coniūcta terra res est, detestabilis, misera, ærumnosa, omni cōtentione, velis, vt ita dicam, remisque fugienda, quoniam secum affert perniciem sempiternam. Et plerumque ita extolluntur in sublime, vt etiā in hac vita ad imū dedecus præcipitentur. Id accidit Hierosolymæ, quam Deus in furore suo permisit efferri ad excelsum dignitatis gradum, vt inde caderet, & omnia eius ornamenta per summum dedecus & ignominiam diriperentur.

¶ *In furore suo.* Hoc est in seueritate iustitiæ suæ: in ira, ad quam ingrata ciuitas eū prouocauerat flagitijs suis. Effectum diuinæ iustitiæ iram Dei, & furorē, & vltionem appellant diuini vates.

¶ *Filiam Sion.* Hoc est congregationem montis Sionis. Sic appellat Hierosolymam, quòd in monte illo sita fuerit. De hoc schemate locuti sumus in explanatione in primam lamētationem, & fusius in nostris in Daniele commentarijs.

¶ *Proie-*

COMMENT. IN LAMENT. IEREM.

¶ *Præiecit de cælo in terram inclytam Israel.*  
 Hoc est, deiecit Deus de excelsa dignitate, & honorum vertice in summam miseriam & ignominiam Hierosolymam, quæ erat inclyta filia Israël, egregia Israëlitarum congregatio, & totius Iudææ regia, & caput. Vel quæ erat decus, ornamentum, pulchritudo, & gloria Israël. Omnia enim hæc significat vocabulum Hebræum, pro quo nos inclytam habemus. Esse in cælo dicitur, qui auctoritate, gratia, honore, potentia, ceterisque rebus secundis valet: efferrī in cælum, qui summis laudibus celebratur: detrahi de cælo, & decidere ex astris, qui ex altissimo illustris gloriæ gradu præcipitur. Omnibus his locutionibus utitur

Tullius. M. Tullius, cui omnes viri eloquētes eloquentiæ palmam sine cōtrouersia tribuerunt. Quare ne mireris, si hoc orationis ornamento noster Ieremias utatur.

¶ *Et nō est recordatus scabelli pedum suorum.*  
 Hoc est, non se ostendit memorem templi sancti sui, in quo colebatur tanquam rex in scabello pedum suorum. Non meminit illius, ut illud scilicet à Babyloniorum furore liberaret. De templo suo ait ipse Deus apud Ezechielem. 43. Locus solij mei, & locus vestigiorum pedum meorum, vbi habito in medio filiorum Israël. Itaque per scabellū pedū Dei intelligitur templum, ut hoc loco ait

Theod. Theodoretus. Vel intelligitur arca fœderis, quā Deus præcepit fieri, super quam sessurū se promisit in medio propiciatorij, ut inde loqueretur: quæ admodū Moses capite. 25. Exodi scriptum reliquit.

Exo. 25. Vocari autem arcam illā scabellum pedum Dei indicat caput. 28. libri primi Paralipomenon: vbi Dauid: Cogitavi, inquit, ut ædificarem domum, in qua re-

quiesceret arca fœderis, & scabellum pedum domini Dei nostri. Vbi particula, &, accipitur pro id est. De arca illa fœderis intelligitur illud psalmi. 98. Exaltate dominum Deum nostrum, & adorare scabellum pedum eius. Hoc est, adorare Deū ante arcam testamenti: in ea enim Deus præsentiam suam exhibebat. Adorare scabellū pedum eius idem est, quod colere ad scabellum vel versus scabellum pedum eius. Ita illud intelligitur psal. 131. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius. Pro quo alij vertunt: Prosternemus nos ad scabellum pedum eius: hoc est ad arcā fœderis, super quam erat propiciatoriū, vbi Deus sedebat, habens pedes super arcam fœderis: quæ prius fuit in tabernaculo Moysis, postea in templo Salomonis.

Exo. 40. Dicitur Deus habere pedes & manus, & alia membra tropicè: est enim eius natura incorporea. Sed solet scriptura aliquādo & mēbra & affectus hominis tribuere summæ ac diuinæ maiestati, ut se modo nostro loquendi accommodet.

¶ *Præcipitavit dominus, nec pepercit, omnia speciosa Iacob.* Id est Deus qui olim erigere solebat omnia ornamenta Israëlitarū, modò euertit atque destruxit omnia illa: non enim pepercit ciuitati, nec ædificijs, quamuis pulchris, & industria elaboratis. Omnia speciosa Iacob vocat cūcta ornāmēta pulchra & egregia Iudæorum, qui significantur nomine Iacob, à quo tanquam à fonte deducuntur.

¶ *Destruxit in furore suo munitiones virginis Iuda.* Id est mœnia & arces munitas Hierosolymæ deleuit per Babylonios: nemo enim erat ex Iudæis, qui eis posset resistere. De illis namque ita vaticinatus fuerat Esaias capite primo: Erit fortitudo

vestra

vestra vt faxilla stupæ. Hierosolymam appellat virginem ob rationes, quas attulimus capite superiore. Et virginem Iuda seu filiã Iuda, quia Iudei à Iuda filio quarto Iacob denominãtur, tanquã à nobiliore, quoniam ei fuit regnum promissum, & tributum.

Gen 49. 1. Para. 5.

**P**olluit regnum, & principes eius. Id est, permisit Deus, vt regnum Iudaicum & principes ac magnates eius contaminaretur ab impuris Babylonijs: à quib⁹ fuerunt aspersi sanguine, maculis affecti, & cõtumelijs lacerati. Ac in regno Iudææ vbi solùm Deus colebatur, colebãtur Babyloniorũ idola, & impuræ ac profanæ gentiũ superstitiones obseruabantur. Id prædixit psalmographus cum Deo ita lo-

Psal. 88

quens psal. 88. Auertisti testamentũ serui tui, profanasti in terra sanctuariũ ei⁹. Vbi pro auertisti potest scribi euertisti: existimo enim esse librariorũ errorem, qui pro vno alterũ posuerũt. Sensus est: Tu Deus sancte videris euertisse fœdus, quod pepigeras cum seruo tuo Dauide de gloria regni Iudaici: permisisti enim, vt pollueretur in terra regnũ eius: quod ideo dicitur sanctuariũ, quia tu in illo sancte colebaris.

Hieron.

Pro, sanctuariũ eius, vertit Hieronymus & diadema eius, quod in idem ferè recidit: nam nomine diadematis regnũ significatur. Verbũ hoc Hebraicum pro quo Latinus noster interpres in lamentatione hac vertit, polluit, est idẽ, pro quo in psalmo illo trãstulit profanauit: pro quo cap.

Esai. 43.

43. Esaiæ vertit cõtaminare. Ita enim habet: Cõtaminaui principes sanctos. Verba sunt Dei de peccato loquentis Moysi & Aaronis, quos vocat principes sanctos. Vbi cõtaminaui idem est quod ostendi esse contaminatos, nimirum apud aquas contradictionis: quam ob rem in terram

sanctam ingredi non potuerunt. Quare huius loci Ieremiæ hic potest esse germanus sensus: Ostendit Deus pollutũ esse & vitijs contaminatũ regem Sedechiam & magnates eius, cum illos tradidit Babylonijs grauitè affligendos & lacerandos. Rex enim ille qui tunc gubernaculũ reipublicæ tractabat, & multi ex nobilibus Hierosolymæ se tetrìs flagitijs imbuerãt, & falsi honoris specie decepti in dedecore volutati dignitatibus intemperanter abutebantur. Quemadmodum qui perficum malum comedunt, solùm pomũ deuorant, duram autẽ nucem eius foras proijciunt: sic multi ex magistratibus & reipublicæ muneribus accipiunt honorẽ & commodum tantũ, labores autem dignitati copulatos reijciunt. Itaque per regnum intelligitur rex, & per principes viri generis nobilitate clari. Nec mirum eos fuisse flagitiosos, siquidẽ rex erat flagitijs cõtaminatus. Nam quemadmodũ umbra corporis obliqui obliqua etiã est: ita magnates regis impietate sequuntur. Contra verò de iusto rege ait psalmographus: Orietur in diebus eius iustitia. Vel vt transferri etiã potest ex Hebræo: Florebit in diebus eius iustus. Nam vt alio psalmo dictum est: Iustus vt palma florebit. Vera est enim illa Ecclesiastici sententia: Qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea.

Similitudo.

Similitudo.

Psal. 71.

Psal. 91.

Gimel.

**C**onfregit in ira furoris omne cornu Israel. Hoc est, Deus in ira sua magna, in effectu iustitię suæ perripit ac cõfregit omne robur Iudæorum nomine Israelis significatorum. Cornu accipitur pro robore, fortitudine, potentia, gloria, regno, protectione: propterea quòd animalia cornigerahabeãt cornua pro viribus, armis, ornatu, & defensione: & quòd reges

1. Re. 15.

olim

COMMENT. IN LAMENT. IEREM.

olim oleo ex cornu vngebatur. Pro fortitudine accipitur psal. 74. vbi De<sup>o</sup> ait: Omnia cornua peccatorum confringantur, & exaltabuntur cornua iusti. Et psal. 43. vbi fideles robore septi aiunt: In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Ac si dicant: Freti domine auxilio tuo hostes nostros fortitudine nostra feriemus. Et cap. 48. Ieremia: Abcissum est cornu Moab. Et hac eadem lamentatione: Exaltauit cornu hostium tuorum. Pro rege accipitur 1. Reg. 2. Sublimauit cornu Christi sui. Et Luc. 1. Erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui. Ea ob causam hoc Ieremia loco per omne cornu quod Deus confregit, intelligunt nonnulli duo cornua, hoc est duo Hebraeorum regna, nimirum Iudaeae & Samariae. Accipitur cornu pro re eminente & excelsa, quoniam nihil est in quadrupedibus altius cornibus. Ita sumitur ab Esaia cap. 5. Vineam factam est dilectio meo in cornu filio olei. Vineam est Hierosolyma sita in cornu hoc est in loco alto, & in filio olei, id est in terra pingui & frugifera. Nam paraphrasim Chaldaicam habet: In monte excelsa, & in terra pingui. Et Pagninus: In colle, in loco pingui. Fortasse appellatur locus ille filius olei propter oliuarum, quibus abundat, multitudinem & proceritatem. Vel propter reges & sacerdotes, qui ibi oleo vngebantur. Vel quia inde exiuit euangelica doctrina, quae longe lateque propagata vniuersum terrarum orbem perunxit, & pingue reddidit, qui antea aridus erat, & ob penuriam doctrinae coelestis siccitate laborabat. Fortasse alludit diuinus vates ad antiquum prouerbium, cornu copiae, vberimorum fructuum referto, vt sit sensus: Sita est Hierosolyma in loco, ex quo tanquam ex Amalthaeae cornu omnem pinguem & fecundam fructuum vbertatem depromere possis. Perspecta

fuit enim, & cognita terrae sanctae fertilitas, quae ob eam causam lacte & melle fluere dicebatur. Significari autem fertilitatem cornu illo copiae indicant numismata Iulij Caesaris, Musidij, M. Antonij, Domitiani quae Antonius Zantanus, Aeneas Vicus, & Hubertus Herbiopolita descripserunt, & excudi curarunt. Insuper accipitur cornu pro radio & splendore. Quam ob causam Moses cornibus insignitus depingitur, cum deberet splendidus depingi: cuius facies diuino lumine illustrata adeo fulgentibus radijs micabat, vt populus Israeliticus eius splendorē ferre minimè valeret. Ita literę diuinę cap. 34. Exodi memorie prodiderunt. Id enim voluerunt significare cornibus hoc est splendoribus, quibus Moyses facies fulgebat: de quo ibi scriptum est: Ignorabat, quod cornuta esset facies sua. Quae verba praecclare septuaginta ita transtulerunt: Nesciebat Moyses glorificatum esse aspectum cutis faciei suae. Has & alias significationes habet cornu: de quibus vide Augustinum in psal. 117. & in Apoc. homilia 11. Hieronymum in Habacuc. 3. & in Ezechielem. 43. Arnobium in psal. 68. & 111. Aretam in Apoc. 9. Basilium in psal. 21. Ricardum de sancto Victore de vitio mutabilitatis. Sed hoc loco pro robore, seu regno accipitur à Ieremia.

*¶ Auertit retrorsum dexteram suam à facie inimici.* Id est, subduxit Iudaeis auxilium, cum peruentum fuit in hostium conspectum. Accipi dexteram pro auxilio indicat locus ille psal. 73. Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam? De medio sinu tuo in finem. Subaudi, tolle illam. Ac si dicat diuinus vates: Quare domine retrahis à me praesidium tuum? Profer ex sinu tuo manum adiutricem, & nobis fer opem. Et psal. 118. Fiat manus tua, vt saluet me. Vel accipi-

Psal. 74.

Psal. 43.

Ierc. 48.

1. Reg. 2.  
Luc. 1.

Esaia. 5.

Pagni.

1. Re. 16.  
4. Re. 11.

Exod. 3.  
Num. 14.

Zantan.  
Vicus.

Hubert.

Exo. 34.

August.  
Hieron.  
Arnob.  
Aretas.  
Basilius  
Ricard.

Psal. 73.

Psal. 118.

accipitur man<sup>o</sup> pro supplicio: vt sit sens<sup>o</sup>:  
 Auertit Deus suppliciu & castigatione à  
 Iudæorū inimicis. Accipi aut manū pro  
 flagello indicat Iob cap. 13. cum ait: Ma-  
 num tuam longè fac à me. Et capite. 19.  
 Manus domini tetigit me. Et psalmo. 31.  
 Grauata est super me manus tua. Et So-  
 phonix primo: Extendā manum meam  
 super Iudam.  
 ¶ *Et succendit in Iacob quasi ignem flam-  
 me deuorantis in gyro.* Id est, & accedit in  
 populo Israelitico calamitatē instar ignis  
 ardentis, qui non ex vna aut altera parte,  
 sed vndiq; omnia circūquaue cōsumit.  
 ¶ *Tetendit arcum suum.* Arcus est instru-  
 mentum iaculandi, quo hostis solet in  
 prælio pugnare. Tunc autē eum tetendit,  
 cum sagittas emittit. Cōparat Ieremias  
 calamitates Iudæorum sagittis, quibus  
 Deus eos trāsfigebat. Ita psalmograph<sup>o</sup>:  
 Arcum suum tetendit, & parauit illum:  
 & in eo parauit vasa mortis: sagittas suas  
 ardentibus effecit. Vasa mortis appellat  
 sagittas, quas ait, Deum in ardētes odio,  
 & ira, & cæteris flagitijs emisisse. Ultio-  
 nem Dei impijs proximam describit his  
 verbis David.  
 ¶ *Quasi inimicus.* Quia pœnam infere-  
 bat: cum tamen illud ex iustitia, charita-  
 teque ad animarum vtilitatem efficeret.  
 ¶ *Firmauit dexteram suam quasi hostis.*  
 Firmauit & roborauit dexterā suam, vt  
 instar hostis grauiter vulnerantis nos du-  
 rius feriret. Diuinam indignationem  
 comparauit proximè arcui à longè per-  
 cutienti, nunc manui è propè flagellan-  
 ti. Diximus paulò antè, manum accipi  
 pro flagello. Vnde firmare manum super  
 aliquem, est illum grauiter percutere. Sē-  
 sus est: non solū manum suam à no-  
 bis retraxit, vt non staret pro nobis, sed

etiam stetit ab hoste contra nos.  
 ¶ *Occidit omne, quod pulchrum erat in ta-  
 bernaculo filie Sion.* Hoc est, perdidit, quic-  
 quid pulchrum erat in templo Hieroso-  
 lyma. Accipitur tabernaculum pro tem-  
 plo, vt psalmo. 131. Introibimus in taber-  
 naculum eius, adorabimus in loco, vbi  
 steterunt pedes eius. Et Ieremix. 10. Ta-  
 bernaculum meum vastatum est. Vel ac-  
 cipitur tabernaculum pro vrbe. Et tunc  
 idem est, in tabernaculo filie Sion, ac in  
 ciuitate Hierosolyma. Accipi autem ta-  
 bernaculū pro vrbe indicat caput. 12. lib. 3. Re. 12.  
 3. Regum: Vade in tabernacula tua Israel.  
 Et psalmo. 86. Diligit dominus portas  
 Sion super omnia tabernacula Iacob. Hoc  
 est, plusquam omnes Iudæorū ciuitates.  
 Vel vtitur hīc Ieremias singulari pro plu-  
 rali, & per tabernaculum intelligit do-  
 mos, vt 4. Regum. 8. Populus autem Is-  
 rael fugit in tabernacula sua. Et Iob deci-  
 mo octauo: Habitent in tabernaculo il-  
 lius socij eius, qui non est. Id est, habitent  
 in domo illius socij eius, qui iam non ex-  
 tat, qui iam ex vita migravit. Vel vt po-  
 test etiam verti: Habitent in domo illius  
 socij ei<sup>o</sup>, quia illius nō est. Ac si dicat: Ha-  
 bitent alij in eius domicilio, quoniā illud  
 ex rapinis construxit. Vel accipitur ibi ta-  
 bernaculum pro sepulchro, vt sit sensus:  
 Sepeliatur ipse, & in sepulchro illius socij  
 eius simul condantur. Ipse humo iniecta  
 in tumulo contegatur, & amici eius eo-  
 dem loco mandentur.  
 ¶ *Factus est dominus velut inimicus.* Iux-  
 ta illud Esaiæ. 63. Ipsi ad iracūdiam pro-  
 uocauerunt, & affixerunt spiritum san-  
 ctum eius: & ipse conuersus est eis in ini-  
 micum, & debellauit eos.  
 ¶ *Precipitauit Israel.* Id est, perdidit De-  
 populum Israeliticum.

COMMENT. IN LAMENT. IEREM.

¶ *Dissipauit munitiones eius.* Id est, diruit arces munitas Hierosolymæ.

¶ *Repleuit in filia Iuda humiliatū et humiliatam.* Auxit in vrbe Hierosolyma afflictos vtriusq; sexus. Poteris vertere: Propagauit moerorem & tristitiam filia Iudæ. Ioannes Benedictus habet ad marginem: Multiplicauit in filia Iudæ luctum & lamentum. Isidorus Brixianus vertit: Repleuit filiā Iuda lamētatione & luctu.

¶ *Et dissipauit quasi hortum tentorium suū.* Hoc est, euertit Deus templū suum, ac si esset hortus fragili maceria septus. Nominē tentorij templū significatur. Poteris per tentoriū intelligere Hierosolymam, vt sit sensus: Destruxit quasi horti tugurium ciuitatem suam. Vel sic: Dissipauit Hierosolymam, quæ instar horti amœnissimi iucundissima erat.

¶ *Demolitus est tabernaculum suum.* Euerit ciuitatem suam. Eadem est sententia cum superiore. Diuus tamen Hieronymus per tentorium intelligit tabernaculum Moſis, per tabernaculum verò templum Salomonis.

¶ *Obluioni tradidit dominus in Sion festiuitatem et sabbatum.* Cessare fecit Deus in templo solennia legalia. Cū enim non esset templum, nulla solennia celebrabantur. Idem dixit capite superiore: Via Sion lugent, eo quòd non sint, qui veniant ad solennitatem.

¶ *Regem et sacerdotem.* Ad regem pertinebat ciuitatē regere, & defendere, & populum tueri. Sacerdotis autem præcipuæ partes erant, populum docere, Deo in templo ministrare, legem eius interpretari, & omnes iuxta illam erudire. Vt natura humorem ac vim vitalem arboris posuit in eius radice & medulla, vt inde ad ramos deduceretur: sic Deus voluit, vt in

sacerdotibus vis esset sapientiæ, vt inde tanquam ex radice in populum permaneret. Et quemadmodum sanguis est in epate, ex quo tanquam ex fonte deriuatur ad venas explendas, membraque nutrienda: sic vera ac salutaris doctrina debet esse in eo, qui fungitur sacerdotio, ex quo in populum deriuetur, & circumfundatur. Labia enim sacerdotis, vt ait Malachias capite secūdo, custodiunt scientiam, & legē exquirunt de ore eius. Idem vult significare Aggæus cap. 2. cū ait: Interroga sacerdotē legem. Et diuus Paulus ad Ephesios quarto: Ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò euāgelistas, alios autem pastores & doctores. Non ait: alios autem pastores, alios verò doctores: sed alios autem pastores & doctores: quia qui pastor est, magister esse debet. Ideo ait Deus apud Ieremiam. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum: & pascent vos scientia & doctrina. Sacerdos sine scientia est sol sine luce, nauis sine gubernaculo. Tu autem aduerte: Non ait Malachias: Labia sacerdotis proferunt scientiā: sed custodiūt. Custodire enim scientiā est nō solum illam habere, sed iuxta illā viuere. Nam vt ait apostolus capite. 4. prioris ad Corinthios: Non in sermone regnū Dei est, sed in virtute. Dæmones multa sciūt, dicuntur enim à verbo dæmo, quod idē est Græcè, quod scio Latinè. Vnde Plato in Cratylo ait dæmones à peritia rerum esse nūcupatos: quem secutus est Lactantius & Capella, & Chalcidius in Timeū Platonis. At quid illis prodest scientia, quandoquidē supplicio æterno cruciatur? Habēt scientiā à charitate disiūctā, ideo sūt superbia elati: nā vt diuus ait Paulus cap. 8. prioris ad Corinthios: Scientia inflat. Quod diuus

Augu-